



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Schneider. *Dionysii periegetae arte*
metrica et grammatica

880.
5
S36

A 469538





8802
S36

DE

DIONYSII PERIEGETAE
ARTE METRICA ET GRAMMATICA

CAPITA SELECTA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT


MAXIMILIANUS SCHNEIDER

GOTHANUS.

LIPSIAE

TYPIS FRANKENSTEINI & WAGNERI

MDCCLXXXII.



*Seinem hochverehrten Lehrer Herrn Prof.
E. Rohde empfiehlt sich besten*

OTTONIS SCHNEIDERI

CLARISSIMI PHILOLOGI PATRIS OPTIMI

DIUIS MANIBUS

SACRUM.

152304

10
T
9
10
T
9
10



Non dubito, quin exstiterint non pauci, qui mirentur quod, cum inter graecos poëtas permulti sint certe digniores ad quos operae aliquid conferatur, Dionysium Periegetam eligere non grauatus sim. Non enim desunt, qui opinentur, Romanae et posterioris aetatis, quippe siccitatis ieiunitatisque uestigia prae se ferentis, epicam poësin ad nugas tantummodo degeneratam plane esse neglegendam eiusque reliquias perlegere uix operae pretium. Perperam uero ut mea fert sententia iudicant illi, neque enim philologorum esse persuasum habeo contemnere haec serotina quidem quasi flagella in extrema Graecorum poësis calce prouenientia, at uero ab initio omnes scriptores ueterum perlegere, eodem studio Homerum pertractare ac poëtas qui Alexandrinos sequantur usque ad Nonnum Panopolitanum, ingeniosum illum uerborum inuentorem, artis metricae nouatorem non inelegantem eiusque sectatores, cum sine dubio e singulis memoratu digna et ad philologiae grande aedificium exstruendum haud inutilia possint exhauriri. Quamquam quidem nonnulli uiri docti huic epicae poësis prouinciae salutem iam parauerunt, studiis accuratissimis multas partes obscuras aperuerunt, locos prae traditos emendauerunt ingenii acumine, superesse tamen in his poëtis non pauca, quae perquirantur dignissima, nemo qui accuratius considerauerit, negabit.

Dionysium Periegetam elegimus, quem unum ex iis, qui toti orbi terrarum carmine illustrando operam nauauerunt, integrum traditum esse laetamur. Cuius de fontibus geographicis, e quibus terrarum et populorum cognitionem hauserit perbonam, quam paucis tantum a ueritate deflectere et comparatione aliorum ueterum geographorum et uirorum doctissimorum nostri imprimis saeculi itinerariis hodie perspicimus, post Bernhardum in adnotationibus copiosis laudabiliter disseruit Alfredus Goethe „De

fontibus Dionysii Periegetae“ diss. inaug. Gotting. MDCCCLXXV. Plurimos autem uiros doctos uita eius aetasque tenebris quasi inuoluta delectabat; at uero hoc de poëta tamquam aenigma soluere conati sententiis suis tam diuersi discesserunt, ut poëtam Augusto imperante aut ante eum uixisse coniecerint alii, alii eum ad saeculum tertium aut quartum p. Chr. n. remouerint¹⁾. Cum dissensio illa iam apud ueteres orta²⁾ nondum sit diiudicata, acquiescendum esse puto generatim atque uniuerse in coniectura — nam nihil nisi coniectura est quamuis maxime probabilis — quam proposuit C. Mueller in Geogr. gr. min. uol. II, p. XVIII³⁾, cuius uiri docti sententiam de patria Dionysii paullulum corrigendam esse contendo auxilio uitae in codice Neapolitano Chisiano R. n. 20. exstantis, quam primus edidit Fr. Ruehl in Mus. Rhen. u. XXIX, p. 81 seqq.⁴⁾. Neue quis quo explicet ignorantiam et opinionum differentiam ueterum de nostro Dionysio hunc quaeret modum, ut hoc poëma Dionysii geographicum excerptum esse e maiore quodam carmine fortasse Corinthii Dionysii⁵⁾ harioletur,

¹⁾ Cf. T. Mommseni diss. in progr. Francf. a. M. 1879. „Dionys der Perieget“ p. 58; adde Fr. A. Wolfii sententiam in Fr. A. W. Vorlesung. über Geschichte d. gr. Litt. ed. Gürtler p. 201. Wolfius Dionysium Periegetam eundem esse putat, de quo Plinius Hist. nat. VI, 31 tradit „hoc in loco (i. e. Charace, Persici sinus oppido) genitum esse Dionysium terrarum orbis situs recentissimum auctorem, constat, quem ad commentanda omnia in Orientem praemisit D. Augustus, ituro in Armoniam: ad Parthicas Arabicasque res maiore filio.“ Non ante centesimum p. Ch. n. annum Dionysium Periegetam carmen composuisse A. Schaefer „Abriss d. Quellenkunde d. gr. Gesch.“ I, p. 13²⁾ (cf. II, p. 114) adnotat.

²⁾ Cf. uit. Dion. in cod. Q. p. 427 Muell., pag. 444, l. 39, p. 456, l. 7 Eustath. in comm. ad Dion. p. 279, l. 25. Suidas uel is, quem excerpit, de aetate Dionysii Periegetae nil monet et plures poëtas, quibus idem nomen fuit — ut etiam alios uno eodemque nomine praeditos uiros cf. Welck. Ep. Cycl. I, p. 76, 2 — confudisse neque uniuscuiusque opera accurate distinxisse uidetur.

³⁾ Nouum ad Muelleri coniecturam confirmandam argumentum Usener in Mus. Rhen. XXV, p. 613 addidit.

⁴⁾ In ea enim legitur l. 2 seq. „Διονύσιος ὁ περιηγητής — γένει Ἀλεξανδρεὺς ἐκ πολιτείας ἐνδόξου“.

⁵⁾ Cui a Suida s. u. tribuuntur ὑποθήκαι, αἴτια ἐν βιβλῳ α' (ἐν βιβλοῖς γ' Eudoc.), μετεωρολογούμενα καὶ καταλογάδην ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον, οἰκονόμενης περιήγησιν δι' ἐπῶν.

neue conciat alter anonymum ludi magistrum hoc composuisse idque alieni clarissimo nomine praeditum peruulgasse. Totius etenim carminis, ut elocutionem ipsam praetermittam, e uersibus non sine diligentia politis et castigatis luce clarius apparet neque ieiunam ac sterilem esse epitomen neque opus poetastri miserimum. Neque uero Fr. Ruehlii, qui l. c. p. 85 seq. nostrum Dionysium etiam *Βασσαρικῶν* et *Ὀρνιθιακῶν* praeterea *Διοσημείων* in hoc codice primum laudatorum auctorem esse ducit, partes suscipio, sed cum Bernhardyo p. 502 seqq. et Muellero p. XXVI a Dionysio Alexandrino bonis ut uidetur testimoniis nisus⁶⁾ *Βασσαρικά* et *Ὀρνιθιακά* abiudico, tribuo ei *περιήγησιν* et *Λιθιακά*. Quo e carmine duo fragmenta a Muellero allata sunt, omissam autem in altero a Maximo ad Dion. Areop. de myst. theol. c. 2 seruato uideo A. Meinekii coniecturam ad Theocrit. Id. X, 29 p. 275³ propositam „*μελαγγράπτῆς ὁ ὕακινθου*“, quae emendatio sine dubio omnibus placebit.

Tertium huius carminis Dionysii ab editoribus adhuc neglectum fragmentum exstat in Schol. ad Hom. Od. X. 323 ed. Oxon. Dindorf. II, p. 469 „*ὡς καὶ Διονύσιος ἐν Λιθιακοῖς. „φύσει δὲ κρύσταλλον ἰδ’ ἱερὴν (ἤεροέσσαν e Perieg. 724 coniecit Dindorf.) ἴασπιν,*
„ἐχθρὴν Ἐμπούσησι (Cramer) καὶ ἄλλοις εἰδύλοισιν.

Quartum item nondum a uiris doctis memoratum Dionysio Periegetae addam, quod exstat apud Choeroboscum Dict. in Theod. can. p. 235, 29 ed. Gaisf. „*σεσημειῶται παρ’ Εὐφορίωνι (Meinek. Anal. Alex. p. 157 coll. Choerob. l. c. p. 236, 35) ἅπαξ εὐρεθὲν „τόν βότρυα“ καὶ παρὰ Διονυσίῳ οὐκ ἐν τῇ περιηγήσει, ἀλλ’ ἐν ἑτέρῳ αὐτοῦ ποιήματι „τόν δρύα“.* Hoc autem „τόν

⁶⁾ cf. Schol. cod. Q. p. 427 „*ὅν τὰ μὲν Λιθιακά ἐκρίθησαν ἴδια Διονυσίου καὶ αὐτὰ διὰ τὴν τοῦ χαρακτήρος ὁμοιότητα . τὰ δὲ Βασσαρικά διὰ τὴν τραχύτητα οὐκ ἄξια τούτου κριθέντα εἰς τὸν Σάμιον ἀνεπέχθησαν Διονυσίου. τὰ δὲ Ὀρνιθιακά εἰς ἄλλον τινὰ Φιλαδέλφεια Διονυσίου.*“ et cod. Neap. p. 81 Ruehl. „*Γέγραπται δὲ καὶ αὐτῶ καὶ Λιθιακά βιβλία τρία Διοσημείων τε καὶ Γιγαντίων, ἕτερα . καὶ κατὰ τινὰς Ὀρνιθιακῶν . νοθεύουσι γὰρ αὐτὰ τινες, Διονυσίου τοῦ Φιλαδέλφους αὐτὰ λέγοντες. τὰ δὲ Λιθιακά μᾶλλον ἀποδέχονται διὰ τὸ τὸν αὐτὸν εἶναι χαρακτήρα, τὰ δὲ Βασσαρικά διὰ τραχύτητα πάλιν αὐτοῦ χωρίζοντες ἀναφέρουσι εἰς τὸν Σάμιον.*“

δρῆα⁷⁾) non nostri sed Dionysii Corinthii esse fortasse quispiam contendat, quod e schol. ad Aristoph. Nub. 402 eluceat, apud Peloponnesios in usu fuisse ὁ δρῆς non ἰ δρῆς. Cui argumento nimiam fidem tribui dubito, quippe cum primum certis testimoniis non constet (cf. adn. 2 et 5) Dionysium Corinthium periegesin conscripsisse, deinde etiam alii τοὺς δρῆς masculine effere solerent ut Theophyl. Simocatt. in Aegypto natus (Hist. VII. 16): eodem igitur iure hoc fragmentum ad nostrum Dionysium, quem Alexandriae ortum esse vidimus, reuocari potest.

De alio fragmento Dionysii nomine laudato ab Joann. in *τοικ. παραγγ.* p. 37. 29 ed. Dind. „τὰ εἰς αὐτὸν λίγιστα καὶ μακρὸν ἔχει τὸ αὐτὸ καὶ βαρύνεται λίαν, ἄγαν. εἴαν, πέραν ὅπερ ἰωνικῶς πέρην λέγεται „πέρην κλιτοῦ ὠκεανοῖο“ „Μιονίσιος“, cui Dionysio adscribendum sit, certum iudicium proferre non ausim⁸⁾.

7) Eadem accusatiui forma non legitima reperitur in Quint. Sm. III. 280, qui locus Meinekium l. e. alia eiusmodi laudantem fugit, cf. etiam Tychsen. ad Quint. Sm. II, §. 15. G. Hermann. in Orph. p. 814. Wernick. ad Tryph. p. 290.

8) Consulto autem omitto, quae ab Apollonii Rhodii scholiasta e Dionysio aliquo, nullo cognomine addito laudantur, cum haec fragmenta probabilibus coniecturis aliis Dionysiis tribuantur; sic III. 530 commemoratum „Μιονίσιος πιαζομένης ἵνα λύσαν ἀγίνετον ἴκα βαλοῖσα“ Lobeckius in Elem. Pathol. serm. gr. I, p. 201 ad Dionysium Bassaricorum scriptorem rectissime retulit, cuius coniecturam et A. Heckeri in Philol. V, p. 494 propositam emendationem in C. Muellieri editione (p. XXVII seq.) frustra quaeras. — Ad eundem Dionysium reuocandum censeo quod citatur in schol. II. 904. „ὅτι δὲ κατεπολέμησεν Ἴνδοις ὁ Μίωνσιος, Μιονίσιός φησι“ a Weichertō (Apoll. Rh. p. 176 seq.) Milesio tributum; conferas, quaeso, cum hoc loco septem fragmenta (18—24) Bassaricorum, quibus singulae Iudicae gentes Bacchum impugnantes nominantur. — Schol. Apoll. Rh. I, 256 „Μιονίσιος δὲ ἐν β' Κριόν φησι Φρίξον τροφέα γενέσθαι καὶ συμπεπλεκέναι αὐτῷ εἰς Κολχούς“ Argonauticorum auctori Dionysio Mytilenaeo uel Seytobraehioni tribuendum e Schol. ad IV, 119 (cf. 117) apparet cf. Welcker. „Ep. Cycl.“ I, p. 83. — Dionysio Chalcidensi aut Atheniensi, qui uterque *πίσιος* scripsit (cf. Schol. ad Apoll. II, 279, Etymol. Magn. s. u. *Προκόνηρος*) adscribo quae citantur a schol. II, 965 „Μιονίσιος δὲ ἐν δευτέρῳ κατὰ Διβήην αὐτὰς (scil. Ἀμαζόνες) ἀπικέναι φησί. ῥώμη δὲ διενεγκοῖσας καὶ τρεψαμένας τοὺς ὁμόρους, ἐλθεῖν καὶ ἐπὶ τὴν Εὐρώπην καὶ πολλὰς αὐτόθι πόλεις πτίσαι,“ Weichertus l. e. coniectura non probabili hoc ad Dionysium Milesium reuocauit (cf. Welcker. l. e. p. 84). Itaque cum nullo loco Dionysius Periegeta commemoretur ultimum fragmentum a scholiasta

Atque haec quidem hactenus de obscura ac recondita huius poëtae persona et de carminibus ad eum relatis! Jam uero nobis sumpsimus Dionysii artem metricam et dictionem nunc accurate pertractandam; Alexandrinorum autem optimorum Callimachi et Apollonii Rhodii uestigiis presse eum instituisse quamquam uniuerse iam obseruatum est et in commentariis notisque passim ab interpretibus nonnullis similes locos a G. Bernhardyo ad Dionysium, a Wellauero ad Apollonium, a patre meo ad Callimachum adscriptos inuenis, nondum tamen satis curae uiros doctos collocasse uideo exquirendis singulis in rebus, quatenus Dionysius imitator fuerit horum Alexandrinorum. Utilem autem esse observationem et metricarum legum, quas ex antiquiore poëta recentior auctor seruauerit et locorum, quos ab illo sumpserit imitando comparationem nemo negabit. Ut Homerus summam omnis aetatis admirationem excitauit et aut consilio aut uaga recordatione a poëtis iterum atque iterum ad imitandum est delectus ita inter poëtas, qui proprie dicuntur Alexandrini, imprimis Callimachus et Apollonius Rhodius⁹⁾ perennes tamquam fontes erant, quorum e liquore non semper puro ac perlucido poëtae et Graeci et Romani libenter hauriebant. Qui non solum in fabulis enarrandis doctos Alexandrinos sunt secuti, sed etiam illorum uberrimam non raro ex ingenio formatorum uerborum copiam sibi uindicauerunt néque a legibus metricis ab iis constitutis et quasi sanctis discesserunt.¹⁰⁾ Horum in numerum non paruum

Argonauticorum Dionysio alicui tributum I, 54 „*γέγραπται καὶ Ἀμφιπόσος διὰ τοῦ β̄ ὡς Διονύσιος*“, quin abiudicem Periegotae non haesito, sed ad quem sit referendum nescio.

⁹⁾ De „cantoribus Euphorionis“ uideas Meinek. in Anal. Alexandrin. p. 24 seq., Lucian. Mueller. in praef. ad Catull. carm. pag. 75 seq., C. P. Schulze: de Catullo Graecor. imitatore diss. inaug. 1871 Jenae p. 2 seq. Vigeabant autem illi, „doctorum“ nomine in omnium oribus cf. O. Ribbeck: C. Valerius Catullus, pag. 17 seq.

¹⁰⁾ Satis notum est Callimachi iter tenuisse praeter Apollonium Rhodium (Gerhard. lect. Apoll. p. 8. O. Schneider. Callim. I, p. 139 II, p. 176. 459.) imprimis Nonnum Panopolitanum, nouae scholae principem (O. Schneider in Callimacheis passim cf. ind. s. u. Nonnus) eiusque aemulos acerrimos Tryphiodorum (O. Schn. Callim. I, p. 311.) Christodorum (id. ibid. I, p. 201.) Colluthum (G. Knaack „Analecta Alexandrino-Romana“

δρῦα“⁷⁾ non nostri sed Dionysii Corinthii esse fortasse quispiam contendat, quod e schol. ad Aristoph. Nub. 402 eluceat, apud Peloponnesios in usu fuisse ὁ δρῦς non ἡ δρῦς. Cui argumento nimiam fidem tribui dubito, quippe cum primum certis testimoniis non constet (cf. adn. 2 et 5) Dionysium Corinthium periegesin conscripsisse, deinde etiam alii τοὺς δρῦς masculine effere solerent ut Theophyl. Simocatt. in Aegypto natus (Hist. VII, 16); eodem igitur iure hoc fragmentum ad nostrum Dionysium, quem Alexandriae ortum esse vidimus, reuocari potest.

De alio fragmento Dionysii nomine laudato ab Joann. in *τονικ. παραγγ.* p. 37, 29 ed. Dind. „τὰ εἰς ἂν λήγοντα καὶ μακρὸν ἔχει τὸ α καὶ βαρύνεται λίαν, ἄγαν, εὖαν, πέραν ὅπερ ἰωνικῶς πέρην λέγεται. „πέρην κλυτοῦ ὠκεανοῦ“ Διονύσιος“, cui Dionysio adscribendum sit, certum iudicium proferre non ausim⁸⁾.

⁷⁾ Eadem accusatiui forma non legitima reperitur in Quint. Sm. III, 280, qui locus Meinekium l. c. alia eiusmodi laudantem fugit. cf. etiam Tychsen. ad Quint. Sm. II, §. 15. G. Hermann. in Orph. p. 814. Wernick. ad Tryph. p. 290.

⁸⁾ Consulto autem omitto, quae ab Apollonii Rhodii scholiasta e Dionysio aliquo, nullo cognomine addito laudantur, cum haec fragmenta probabilibus coniecturis aliis Dionysiis tribuantur; sic III, 530 commemoratum „Διονύσιος. πλαζομένας ἵνα λύσσαν ἀχύνετον ἦκα βαλοῦσα“ Lobeckius in Elem. Pathol. serm. gr. I, p. 201 ad Dionysium Bassaricorum scriptorem rectissime retulit, cuius coniecturam et A. Heckeri in Philol. V, p. 494 propositam emendationem in C. Muellieri editione (p. XXVII seq.) frustra quaeras. — Ad eundem Dionysium reuocandum censeo quod citatur in schol. II, 904. „ὅτι δὲ κατεπολέμησεν Ἰνδοῦς ὁ Διώνυσος, Διονύσιός φησί“ a Weichertō (Apoll. Rh. p. 176 seqq.) Milesio tributum; conferas, quaeso, cum hoc loco septem fragmenta (18—24) Bassaricorum, quibus singulae Indicae gentes Bacchum impugnantēs nominantur. — Schol. Apoll. Rh. I, 256 „Διονύσιος δὲ ἐν β' Κριόν φησι Φριξὸν τροφέα γενέσθαι καὶ συμπεπλευκέναι αὐτῷ εἰς Κολχούς“ Argonauticorum auctori Dionysio Mytilenaeo uel Scytobrachioni tribuendum e Schol. ad IV, 119 (cf. 117) apparet cf. Welcker. „Ep. Cycl.“ I, p. 83. — Dionysio Chalcidensi aut Atheniensi, qui uterque κτίσεις scripsit (cf. Schol. ad Apoll. II, 279, Etymol. Magn. s. u. Προκόννησος) adscribo quae citantur a schol. II, 965 „Διονύσιος δὲ ἐν δευτέρῳ κατὰ Διβήην αὐτὰς (scil. Ἀμαζόνιας) ᾤκηκέναι φησί. ῥώμη δὲ διενεγκούσας καὶ τρεψαμένας τοὺς ὁμόρους, ἔλθειν καὶ ἐπὶ τὴν Εὐρώπην καὶ πολλὰς αὐτόθι πόλεις κτίσαι,“ Weichertus l. c. coniectura non probabili hoc ad Dionysium Milesium reuocauit (cf. Welcker. l. c. p. 84). Itaque cum nullo loco Dionysius Periegeta commemoretur ultimum fragmentum a scholiasta

Atque haec quidem hactenus de obscura ac recondita huius poëtae persona et de carminibus ad eum relatis! Jam uero nobis sumpsimus Dionysii artem metricam et dictionem nunc accurate pertractandam; Alexandrinorum autem optimorum Callimachi et Apollonii Rhodii uestigiis presse eum instituisse quamquam uniuerse iam obseruatum est et in commentariis notisque passim ab interpretibus nonnullis similes locos a G. Bernhardyo ad Dionysium, a Wellauero ad Apollonium, a patre meo ad Callimachum adscriptos inuenis, nondum tamen satis curae uiros doctos collocasse uideo exquirendis singulis in rebus, quatenus Dionysius imitator fuerit horum Alexandrinorum. Utilem autem esse observationem et metricarum legum, quas ex antiquiore poëta recentior auctor seruauerit et locorum, quos ab illo sumpserit imitando comparisonem nemo negabit. Ut Homerus summam omnis aetatis admirationem excitauit et aut consilio aut uaga recordatione a poëtis iterum atque iterum ad imitandum est delectus ita inter poëtas, qui proprie dicuntur Alexandrini, imprimis Callimachus et Apollonius Rhodius⁹⁾ perennes tamquam fontes erant, quorum e liquore non semper puro ac perlucido poëtae et Graeci et Romani libenter hauriebant. Qui non solum in fabulis enarrandis doctos Alexandrinos sunt secuti, sed etiam illorum uberrimam non raro ex ingenio formatorum uerborum copiam sibi uindicauerunt néque a legibus metricis ab iis constitutis et quasi sanctis discesserunt.¹⁰⁾ Horum in numerum non paruam

Argonauticorum Dionysio alicui tributum I, 54 „*γέγραπται καὶ Ἀμφιπόσος διὰ τοῦ β̄ ὡς Διονύσιος*“, quin abiudicem Periegetae non haesito, sed ad quem sit referendum nescio.

⁹⁾ De „cantoribus Euphorionis“ uideas Meinek. in Anal. Alexandrin. p. 24 seq., Lucian. Mueller. in praef. ad Catull. carm. pag. 75 seq., C. P. Schulze: de Catullo Graecor. imitatore diss. inaug. 1871 Jenae p. 2 seq. Vigeant autem illi, „doctorum“ nomine in omnium oribus cf. O. Ribbeck: C. Valerius Catullus, pag. 17 seq.

¹⁰⁾ Satis notum est Callimachi iter tenuisse praeter Apollonium Rhodium (Gerhard. lect. Apoll. p. 8. O. Schneider. Callim. I, p. 139 II, p. 176. 459.) imprimis Nonnum Panopolitanum, nouae scholae principem (O. Schneider in Callimacheis passim cf. ind. s. u. Nonnus) eiusque aemulos acerrimos Tryphiodorum (O. Schn. Callim. I, p. 311.) Christodorum (id. ibid. I, p. 201.) Colluthum (G. Knaack „Analecta Alexandrino-Romana“

poëtarum, qui genuinae Callimachi et Apollonii artis uestigiis ingressi sunt, etiam Dionysius Periegeta est referendus, cuius scientiam metricam et elocutionem iam perscrutemur; sed quod nobis proposuimus, quam accuratissime ut persoluamus hunc seruabimus ordinem, ut primo in capite disseramus de arte metrica, primum quidem numeris Dionysii, deinde de syllabarum mensura, altero in capite uerba faciamus de eius elocutione, ut colligatur, quibus in rebus cum Alexandrinis consentiat poëtis, quibus ab eis aberret, tertio de significatione nonnullorum uocabulorum agatur, quarto de Dionysii Periegetae uocibus propriis et nonnullis rarioribus ei cum poëtis posterioris aetatis communibus.

diss. in. Gryph. 1880 p. 38) deinde Anthologiae poëtas Agathiam (O. Schn. Callim. I, 190 et 193.) Stratonem (Dilthey. Anal. Callim. p. 6 n. 6 Knaack l. c. p. 16.). Imitationes Callimacheas Gregorii Nazianzeni nonnullas collegit Naeke (Opus. I, p. 236 seqq., O. Schneid. Callim. II. p. 401. 457. 484.); etiam Apollinarium Cyrenaei poëtae sectatorem esse apparet ex iis, quae congesserunt Naeke Opusc. I, p. 248 seqq. et O. Schneider in Callim. I, p. 156. 304. p. 411; de poëta uel immo poëtis Sibyllinorum quae uocantur oraculorum uide quae adnotauit A. Ludwig „Beiträge zur Kritik d. Nonnus“ p. 15. Parthenium denique Nicaenum inter Callimachi aemulatores nominat Dilthey de Callim. Cydippa p. 23 seq., Quintum Smyrnaeum O. Schneider in adn. critic. ad Callim. h. II u. 102. Romanorum ad Callimachum rediisse primum Catullum, deinde Vergilium, Propertium, Ouidium, Proculum (cf. Ouid. Pont. IV, 16, 32) praeter alios saepe obseruatum uel in puerorum scholas transiit. Nec pauciores nactus est elocutionis studiosissimos Apollonius Rhodius: Nonnum Wernick. ad Tryph. p. 322, R. Koehler: Ueber die Dionysiaca des Nonnus p. 9. 12.) Oppianum Halieuticorum scriptorem (Wernick. ad Tryph. p. 322. Wellauer ad Apoll. IV, 1198 alibi) Quintum Smyrnaeum (Gerhard lect. Apoll. p. 101 seqq.) Orpheum (id. ib. p. 102 seq. Wellauer ad Apoll. Rhod. II, 605.) Tryphiodorum (Wernick. l. c. p. 322 Wellauer l. c. IV, 900.) Pseudo-Oppianum Cyngeticorum auctorem, cuius III, 405 cum Apoll. Rhod. I, 1295 conferas. Ex Romanis Apollonii uestigiis imprimis institit Terentius Varro Atacinus, qui ut Arati in Arateis, ita in Argonauticis Apollonii fuit interpres, (Quintilian. X, 1, §. 87.) denique Vergilius, Propertius, Ouidius, C. Valerius Flaccus.

CAPUT I.

DE ARTE METRICA.

Dionysius cum orbis descriptionem uersibus componeret, subdifficilem sine dubio materiem numeris accommodandam sibi sumpsit, praesertim cum magnam nominum propriorum nondum uersibus inclusorum copiam carmini suo uindicare coactus esset; potius igitur mirandum est, quam bene hic rem gesserit, ita ut Godofredus Hermannus doctissimus certe et peritissimus uersuum graecorum aestimator in illa de Orpheo dissertatione praestantissima „qua nihil“ — ut optime iudicat C. Lehrsius Quaest. Epp. p. 255 — „tulit recentior aetas quod Benteleiano ingenio similis sit“, Dionysium „elegantissimum scriptorem“ praedicare potuerit (p. 695.). Neque uero eiusdem uiri doctissimi sententiam in Orphicis p. 692 et in Elementis doct. metr. pag. 333 seq. prolatam „apud omnes ab Homero usque ad Nonnum poetas epicos caesuram masculam in prima tertii pedis syllaba obtinuisse principatum“ probare possum. Apud Aratum enim et Apollonium Rhodium semiquinarias caesuris trochaicis prope adaequatas, apud Nicandrum, Euphorionem, Bionem, Moschum, Meleagram, alios trochaicam fuisse primariam uide e Tychonis Mommseni computatione diligentissima, quam in programmate supra laudato p. 83 seqq. instituit. Hoc concedendum est, Nonnum hunc Alexandrinorum usum tanta seueritate consummasse ut sexta fere Nonni uersuum pars caesuram praebat semiquinariam, omnes ceteri uersus trochaicam¹⁾. Dionysius quoque quantopere amauerit hanc caesuram „κατὰ τρίτον τροχαῖον“ quae uocatur iam demonstrabimus. Exstant caesurae semiquinariae exempla quadringenta duodeuiginti, praetermissis iis uersibus in quibus semiquinariam excipit uocabulum encliticum *τε τοι τι* uel particula

¹⁾ cf. Henr. Tiedke: Quaestionum Nonnianarum specim. diss. in. Berol. 1873 p. 2.

monosyllaba γάρ, δέ²⁾). Uersus autem caesura trochaica in tertio pede incisus notauit septingenta sexaginta sex; in duobus qui supersunt uersibus 630. 753. semiseptenaria adhibetur. — Iam quaerendum est, num poëta caesuram quae uocatur *κατὰ τέταρτον τροχαῖον* admiserit quam incisionem appellandum esse caesuram hodie uiri docti non dissentiunt cf. G. Hermann. Element. doct. metr. p. 334. Gerhard. lect. Apoll. p. 128. Christ. Metrik d. Griech. u. Roem. §. 221. p. 186²⁾. Haud multa huius caesurae exempla Homeri, Hesiodi, Arati, Nicandri, Oppianorum, Quinti al. in Orphicis p. 692 seqq. G. Hermannus collegit, de usu Callimachi disputauit Naekius de Hecala p. 32 seq. O. Schneider in Callim. I, p. 309. Eandem immunitatem atque apud Callimachum et Apollonium in Dionysii carmine inuenis; ubi incisio post quartum trochaeum facta esse uidetur, diiudicari potest e legibus, quas circumscrisit G. Hermannus in Orphic. p. 693 et in Element. doct. metr. p. 338 seq. Minime etenim sentitur, ut unum afferam exemplum, incisio u. 7 *μίαν δέ ἔ* ac primum quidem propter antecedentem semiquinariam, deinde propter sententiam quoniam unusquisque *μίαν δέ ἔ* | non *μίαν δέ* | *ἔ* pronunciabit; aliquoties apud Dionysium haec caesura inter uocabula *δέ οἶ, δέ τοι, γέ μὲν, τε καί* reperitur. Item uersus, in quibus haec caesura particula *δέ* posita inter uerbum et substantiuum efficitur ut in u. 165: *καλέουσι δὲ μητέρα* et 676 *λείπουσι δὲ γαῖαν* offensionis causam non praebent. —

Hinc ad breues syllabas finales in arsi productas progrediemur, quam in rem quam accurate G. Hermannus inquisiuerit in Orphicis nemo sit, qui ignoret; itaque ne Hermannum exscribam ea tantum quae ab eo non allata sunt addere libet.

Quarti pedis in arsi ante liquidas litteras magnopere huic usui periegesis poëtam indulsisse ex his exemplis apparet: u. 1057 *ἐνὶ μεγάροισιν* 1090 *ἐπὶ νότον* 416 *ἵνα ῥέει* 1074 *τε ῥείων* 1100 *ιδὲ ῥώπεσσι* 555. 624. 852. 1023 *παρὰ ῥόον* 429 *ποτὶ ῥιπήν*

²⁾ Hac in re G. Hermannus Orphic. p. 693 et Gerhards lect. Apoll. p. 133. 137. auctoritati paremus, qui uiri docti tales uersus in eorum ordinem referunt qui *κατὰ τρίτον τροχαῖον* exhibent caesuram.

470 ἐπὶ ῥιπήν³⁾. In caesura semiquinaria brevis syllaba producta exstat u. 381: ἀγγέλορον Ἀκυλήιον u. 988 Θωνίτις, ἦς, in arsi secundi pedis praepositio ἐπὶ producta inuenitur u. 186 ante nomen proprium Νομάδων; prudens autem praetereo primo in pede productionem u. 343, ubi Mathiae, Passouius, Bernhardy. ediderunt ὁ ῥα⁴⁾, non quod nimiam Bernhardyi uerbis tribuerim fidem contententis: „Graecos melioris aetatis usurpasse ὁ Ἀπέννινος“, nam Strabo V, 4, 231 C. (cf. VI, 7, 259 C.) aequalis fere Polybii, apud quem ὁ Ἀπέννινος occurrit II, 14, 10 II, 16, 1. III, 110, 9, τὸ Ἀπέννινον usurpat, sed commotus Stephani Byzantii auctoritate, qui s. u. Ἀπέννιον p. 104 Meinek. nostrum uersum laudans ὄν legit. In thesi productionis exemplum apud Dionysium Periegetam nullum exstat. — Uenimus iam ad atticās correptiones, quarum usum apud Dionysium persecutus G. Hermannus in Orphic. p. 760 perpauca (quinque) praebere Periegetam exempla contendit; sed haec decem eius diligentiam fugisse uidentur 140 ἐπὶ Θρηήκλιον 284 ἐνθα Βρετανοί 369 ἐνστεφάνοιο Κρότωνος 416 ὄθι Κράθις 485 ὀππότε τριλλιστων 492 μετὰ δρυμά 566 ἔασι Βρετανίδες 569 πάσησι Βρετανίσιον 850 μέχρη Κράγον 900 ὑπὸ πρῶνες. Praeterea ex optimo codice A e Bernhardyo C. Muellero immerito contemptam lectionem 283 ἠπείροιο τετραμμένον restituendam censeo, quocum conferatur Quint. Sm. IX, 501. X, 488; Dionysius ipse ab attica correptione etiam mediis in uocabulis sese non abstinuisse e u. 118 ἀχρη et 1173 ἐκληρώσαντο satis superque apparet. — De hiatu epicorum Graecorum leges G. Hermannus in Orphic. p. 720 seqq. Spitzner de uersu graecorum heroico p. 108 seqq. Gerhard lection.

³⁾ Quibus exemplis nisus restituere fortasse quispiam uoluerit u. 674 et 962 ὑπὸ ῥιπήν ut fecit Passouius in editione et A. Rzach in libello, cui inscripsit „Studien zur Technik des Nachhomer. heroisch. Verses“ p. 36. Nec tamen dubito seruare codicis optimi A quae uidetur lectionem ὑπαί, quam praeterea probari ex usu in codice Homeri Veneto A (cf. La Roche „D. Homer. Textkritik im Alterthum“ p. 370) et ex Callimacheis omnibus codicibus h. IV, 25 et Apollonii optimis II, 1229 docto sciteque demonstrauit O. Schneider in Callim. I, p. 259 seq.

⁴⁾ Quod quidem „ὄθρα“ scribendum est secundum testimonia, quae leguntur in Schol. ad Apoll. Rh. I, 769. III, 37. et Schol. ad II. XVI, 228. cf. A. Rzach. in Wien. Sitzb. phil. hist. Cl. LXXXIX, 2 p. 483.



Apoll. p. 165 seqq. Koechly Quint. Sm. p. XXXVII seqq. C. Lehrsius Quaest. Epp. p. 277 seqq. R. Volkmann Comment. Epp. p. 32 seqq. Hartel Studien II. III. Wien 1874. constituerunt, ad quas Dionysii usum deinceps exigamus. Ac primum quidem nothi, qui dicitur, hiatus exempla colligamus: primo in pede in uniuersum cum aliis hiatum eum uitare uideas, tribus enim tantum locis exstat u. 61 ἢ ὀρέων. 445 ἢ ἀπό 671 ἢ ἵππους; in secundi pedis arsi hiatum ter admisit u. 412 ἄμφω Ἀσέηθεν 620 τοι Ἀσίης 726 τοι ἔρέω, tertio in pede sex locis talem hiatum inueni, quorum interpunctione excusantur u. 266 Ὠκεάνη, οἱ δ' 445 Μιλήτου, ἢ 726 ἔρέω, ὅσα 876 ἠπειρω, αἱ δ' 1068 μεσήπειροι, οἱ δ' 1177 κελαινοτέρη, ἢ; magis offensionis praebet 133 κελνώ ἐναλίγκια. In caesura semiseptenaria exempla hiatus exstant haec: u. 150 δύο ἀνέχουσι 784 ῥοαὶ Ἄλκος 889 ἐμεῦ εἰπόντος 1158 θεοῦ ἀτίτησαν, in quinti pedis arsi u. 167 ᾗ ἐν (sic enim cum cod. A legendum) 212 ψαμάθω ὑπὸ 498 βορειότεραι ὀρόωνται 512 μεγάλω ἐνὶ 1083 ἠελίω ἀνιόντι 1119 ἢ ἀδάμαντα. — In thesi pedis tertii ante uocalem non corripitur ἢ particula bis 445 ἢ ἐκ 672 ἢ ἀγραύλων, de qua licentia cf. O. Schneider. in Callim. tom I, p. 347; in quarti pedis thesi, uoculam καὶ non correptam inuenimus in periegesi 705 γενεῆν καὶ ἦθεα et u. 753 ἀναίνονται καὶ ἴρια; quam productionem apud alios quoque poëtas exstantem ad trochaicam caesuram uitandam factam esse uerisimile est⁵⁾. Sequatur alterum nothi hiatus genus. Constat inter omnes syllabarum longarum imprimis diphthongos αῖ et οῖ ad corripiendum inclinasse et hanc correptionem a poëtis Alexandrinis saepissime in quarti pedis secunda syllaba adhibitam esse cf. quae O. Schneider accuratissime collegit in Callim I, p. 191 seqq. Etiam in Dionysii periegesi plurimae diphthongi in huius pedis sede secunda — nam prima breuis syllaba ter corripitur solo in καὶ. 189. 768. 771. — cor-

⁵⁾ Cf. quae de hoc usu disputauerunt G. Hermannus Orph. p. 727 seq. Spitzner de uersu graec. heroic. p. 108. 110. Wernickius ad Tryph. p. 255 seq. Gerhard lect. Apoll. p. 160. Wellauer ad Apoll. Rhod. I, 20. A. Baumeister in Prolegg. crit. ad Batrachomyom. p. 49. Koechly ad Quint. Sm. VII, 234.

reptae sunt⁶⁾. In quinti pedis secunda syllaba breui diphthongos saepius quam Callimachus Dionysius corripit, $\bar{αι}$ tricies bis, $\bar{οι}$ quinquies, $\bar{ει}$ bis⁷⁾; in prima quinti pedis correptam solam habes 1186 $\epsilon\acute{\iota}\eta$ et 817 $\kappa\alpha\acute{\iota}$. Nec desunt correptiones primi pedis et in syllaba secunda et prima⁸⁾. In secunda breui tertii pedis Dionysius Callimachum secutus (cf. O. Schneider. l. c. p. 192) nullam corripuit syllabam longam praeter $\kappa\alpha\acute{\iota}$, id si recte com-

⁶⁾ $\bar{αι}$ corripitur sexagies octies: 317. 691. 1126 $\acute{\alpha}\acute{\epsilon}\zeta\epsilon\tau\alpha\iota$, 191 $\acute{\alpha}\kappa\omicron\upsilon\epsilon\tau\alpha\iota$, 446 $\acute{\alpha}\nu\alpha\lambda\acute{\upsilon}\tau\epsilon\tau\alpha\iota$, 295. 488. 536 $\acute{\alpha}\nu\alpha\phi\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 95. 567 $\acute{\alpha}\nu\pi\epsilon\sigma\tau\epsilon\upsilon\gamma\epsilon\tau\alpha\iota$, 230 $\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\mu\epsilon\upsilon\eta\tau\alpha\iota$, 457 $\Gamma\upsilon\mu\tilde{\nu}\eta\sigma\iota\alpha\iota$, 650 $\delta\acute{\iota}\xi\omicron\mu\alpha\iota$, 202 $\epsilon\gamma\epsilon\acute{\iota}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, 125. 388. 747 $\epsilon\lambda\acute{\iota}\sigma\sigma\epsilon\tau\alpha\iota$, 988 $\epsilon\lambda\kappa\epsilon\tau\alpha\iota$, 154 $\epsilon\tilde{\nu}\alpha\tilde{\nu}\tau\acute{\iota}\alpha\iota$, 722 $\epsilon\pi\iota\mu\acute{\iota}\omicron\gamma\epsilon\tau\alpha\iota$, 713 $\epsilon\pi\iota\mu\acute{\iota}\omicron\gamma\omicron\mu\alpha\iota$, 631 $\epsilon\tilde{\rho}\epsilon\upsilon\gamma\epsilon\tau\alpha\iota$, 1140. 1142 $\epsilon\sigma\pi\epsilon\tau\alpha\iota$, 996 $\epsilon\tilde{\phi}\acute{\epsilon}\sigma\pi\epsilon\tau\alpha\iota$, 296. 919 $\kappa\alpha\tau\alpha\sigma\acute{\upsilon}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, 221. 246. 824 $\kappa\alpha\tau\acute{\epsilon}\rho\chi\epsilon\tau\alpha\iota$, 280 $\kappa\acute{\iota}\chi\eta\sigma\epsilon\alpha\iota$, 223 $\kappa\iota\kappa\lambda\eta\sigma\kappa\epsilon\tau\alpha\iota$, 54. 706 $\kappa\upsilon\mu\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 417 $\mu\eta\kappa\acute{\upsilon}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 966 $\mu\epsilon\lambda\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 82 $\mu\omicron\tilde{\rho}\mu\acute{\upsilon}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, 170. 933 $\mu\upsilon\tilde{\theta}\acute{\eta}\sigma\omicron\mu\alpha\iota$, 839 $\delta\acute{\nu}\omicron\sigma\sigma\epsilon\alpha\iota$, 98. 146. 186. 339. 820 $\mu\alpha\tilde{\rho}\alpha\pi\acute{\epsilon}\pi\tau\alpha\tau\alpha\iota$, 963 $\mu\alpha\tilde{\rho}\alpha\phi\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 1069 $\mu\alpha\sigma\alpha\rho\gamma\acute{\alpha}\delta\alpha\iota$, 35 $\mu\alpha\chi\acute{\upsilon}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 383 $\mu\epsilon\tilde{\rho}\iota\beta\acute{\omicron}\sigma\kappa\epsilon\tau\alpha\iota$, 797 $\mu\epsilon\tilde{\rho}\iota\kappa\tau\acute{\iota}\tau\alpha\iota$, 94 $\mu\epsilon\tilde{\rho}\iota\kappa\tau\acute{\iota}\tau\alpha\iota$, 864 $\mu\epsilon\tilde{\rho}\iota\sigma\acute{\upsilon}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, 164. 1088 $\Sigma\kappa\acute{\upsilon}\delta\alpha\iota$, 380 $\sigma\acute{\upsilon}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, 117 $\tau\epsilon\tilde{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 135. 178 $\tau\epsilon\kappa\mu\alpha\acute{\iota}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, 1081 $\tau\epsilon\lambda\epsilon\acute{\iota}\sigma\tau\alpha\iota$, 449 $\tau\epsilon\tau\alpha\mu\acute{\epsilon}\mu\epsilon\tilde{\nu}\alpha\iota$, 92. 138. 177. 180 $\tau\iota\tau\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 96. 451. 590. 849 $\tau\upsilon\phi\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$. — $\bar{οι}$ tricies quater: 967 $\acute{\alpha}\lambda\omega\mu\epsilon\upsilon\omicron\iota$, 217. 616. 635 $\acute{\alpha}\pi\epsilon\acute{\iota}\rho\iota\tau\omicron\iota$, 731. 1040 $\acute{\alpha}\rho\eta\acute{\iota}\omicron\iota$, 263 $\acute{\alpha}\rho\acute{\iota}\theta\mu\omicron\iota$, 362 $\beta\omicron\rho\acute{\epsilon}\nu\tau\omicron\iota$, 262 $\delta\epsilon\delta\alpha\eta\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\iota$ 1079 $\epsilon\tilde{\pi}\acute{\eta}\tau\tau\omicron\mu\omicron\iota$, 465 $\epsilon\tilde{\pi}\omega\tilde{\nu}\nu\mu\omicron\iota$, 732 $\kappa\alpha\delta\acute{\omicron}\sigma\upsilon\omicron\iota$, 368 $\mu\epsilon\tau\alpha\pi\acute{\omicron}\nu\tau\omicron\iota$, 1032 $\nu\epsilon\mu\alpha\sigma\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\iota$ 247. 902. 1135 $\delta\lambda\beta\iota\omicron\iota$, 903. 1136 $\delta\mu\omega\tilde{\nu}\nu\mu\omicron\iota$, 127 $\mu\alpha\mu\phi\acute{\upsilon}\lambda\omicron\iota$, 218 $\mu\alpha\tilde{\nu}\sigma\tau\alpha\tau\omicron\iota$ 1067 $\mu\alpha\tilde{\rho}\eta\mu\epsilon\upsilon\omicron\iota$, 627 $\mu\acute{\epsilon}\lambda\omicron\iota$, 461 $\mu\epsilon\tilde{\rho}\iota\delta\omicron\mu\omicron\iota$, 1029 $\mu\omicron\lambda\upsilon\tilde{\phi}\acute{\alpha}\rho\mu\alpha\kappa\omicron\iota$, 1034 $\mu\epsilon\tilde{\tau}\alpha\mu\acute{\epsilon}\mu\epsilon\tilde{\nu}\omicron\iota$, 159. 401. 810. 929 $\tau\omicron\iota$, 1166 $\nu\acute{\pi}\epsilon\tilde{\rho}\tau\alpha\tau\omicron\iota$, 292 $\nu\tilde{\phi}\eta\mu\epsilon\upsilon\omicron\iota$, 216 $\phi\alpha\tilde{\rho}\omicron\sigma\upsilon\omicron\iota$, 746 $\chi\omega\rho\acute{\alpha}\sigma\mu\omicron\iota$. — $\bar{\eta}$ sexies: 1131 $\acute{\alpha}\lambda\iota\gamma\kappa\acute{\eta}$, 1178 $\epsilon\tilde{\nu}\alpha\lambda\iota\gamma\kappa\acute{\eta}$, 408 $\epsilon\sigma\tau\epsilon\mu\acute{\epsilon}\mu\epsilon\tilde{\nu}\eta$, 760 $\lambda\epsilon\lambda\epsilon\mu\acute{\epsilon}\mu\eta$, 174 $\tau\epsilon\tau\alpha\nu\sigma\mu\acute{\epsilon}\mu\eta$, 931 $\tau\epsilon\tau\alpha\mu\acute{\epsilon}\mu\eta$. — $\bar{ει}$ quinquies: 809 $\epsilon\pi\iota\tau\acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota$, 240. 271. 550. 620 $\mu\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\iota$. — $\bar{ον}$ undecies: 3 $\beta\alpha\delta\upsilon\tilde{\nu}\delta\acute{\omicron}\sigma\omicron\iota$, 140. 167 $\beta\omicron\sigma\pi\acute{\omicron}\rho\omicron\iota$, 63. 335 $\epsilon\sigma\tilde{\pi}\acute{\epsilon}\rho\omicron\iota$, 289 $\kappa\alpha\lambda\lambda\iota\tilde{\delta}\acute{\omicron}\sigma\omicron\iota$, 1091 $\kappa\alpha\tilde{\nu}\kappa\acute{\alpha}\sigma\omicron\iota$, 445 $\kappa\lambda\acute{\alpha}\rho\omicron\iota$, 411 $\mu\epsilon\sigma\eta\tilde{\nu}\omicron\iota$, 1065 $\delta\mu\omega\tilde{\nu}\nu\mu\omicron\iota$, 508 $\mu\alpha\mu\phi\tilde{\nu}\lambda\omicron\iota$, 808 $\mu\epsilon\lambda\omega\tilde{\rho}\omicron\iota$. — $\bar{\omega}$ semel: 175 $\tau\tilde{\rho}\alpha\pi\epsilon\tilde{\zeta}\acute{\iota}\omega$. —

⁷⁾ 109 $\acute{\alpha}\nu\alpha\pi\acute{\epsilon}\pi\tau\alpha\tau\alpha\iota$, 693. 981 $\acute{\alpha}\nu\pi\epsilon\tilde{\rho}\epsilon\upsilon\gamma\epsilon\tau\alpha\iota$, 121 $\acute{\alpha}\nu\pi\omega\tilde{\nu}\epsilon\tau\alpha\iota$, 250 $\acute{\alpha}\nu\sigma\acute{\alpha}\zeta\epsilon\tau\alpha\iota$, 531 $\epsilon\acute{\iota}\delta\epsilon\tau\alpha\iota$, 76. 166. 199. 1086 $\epsilon\lambda\kappa\epsilon\tau\alpha\iota$, 111 $\epsilon\tilde{\mu}\mu\epsilon\tilde{\nu}\alpha\iota$, 695 $\epsilon\tilde{\pi}\omicron\kappa\acute{\epsilon}\kappa\iota\lambda\epsilon\tau\alpha\iota$, 136. 139 $\epsilon\tilde{\rho}\chi\epsilon\tau\alpha\iota$, 894 $\epsilon\tilde{\xi}\omicron\mu\alpha\iota$, 971 $\mu\eta\kappa\acute{\upsilon}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 386. 442. 927 $\mu\alpha\tilde{\rho}\alpha\kappa\acute{\epsilon}\kappa\iota\lambda\epsilon\tau\alpha\iota$, 384 $\mu\alpha\tilde{\rho}\alpha\sigma\acute{\upsilon}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, 364 $\mu\alpha\tilde{\rho}\alpha\phi\alpha\acute{\iota}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, 1107 $\mu\acute{\epsilon}\pi\tau\alpha\tau\alpha\iota$, 796 $\sigma\acute{\upsilon}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, decies $\kappa\alpha\acute{\iota}$. — 742 $\kappa\alpha\kappa\omicron\tilde{\xi}\omega\tilde{\nu}\omega\tilde{\tau}\epsilon\tilde{\rho}\omicron\iota$, 730 $\kappa\acute{\alpha}\sigma\pi\omicron\iota$, 1185 $\mu\omicron\iota$, 335 $\omicron\acute{\iota}$, 1062 $\tau\omicron\iota$. — 10 $\epsilon\tilde{\chi}\epsilon\iota$, 70 $\mu\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\iota$. —

⁸⁾ 997 $\gamma\acute{\iota}\gamma\tilde{\nu}\epsilon\tau\alpha\iota$, 1163 $\epsilon\lambda\kappa\epsilon\tau\alpha\iota$, 711 $\epsilon\tilde{\rho}\chi\omicron\mu\alpha\iota$, 436 $\epsilon\sigma\pi\epsilon\tau\alpha\iota$, 312 $\mu\acute{\iota}\omicron\gamma\epsilon\tau\alpha\iota$, 523 $\mu\acute{\epsilon}\pi\tau\alpha\tau\alpha\iota$, 16. 433 $\sigma\acute{\upsilon}\rho\epsilon\tau\alpha\iota$, 328. 1013 $\phi\acute{\upsilon}\nu\epsilon\tau\alpha\iota$ octies $\kappa\alpha\acute{\iota}$, 1168 $\mu\upsilon\tilde{\rho}\omicron\iota$, 668 $\sigma\chi\acute{\epsilon}\tau\lambda\omicron\iota$, 170. 891. 1132 $\tau\omicron\iota$, 462. 463 $\delta\acute{\iota}\omicron\lambda\omicron\iota$, 146 $\tau\omicron\upsilon\tilde{\nu}$, 49 $\kappa\alpha\sigma\pi\acute{\iota}\eta$, 7 $\sigma\phi\epsilon\tilde{\nu}\delta\acute{\omicron}\nu\tilde{\eta}$, 943 $\nu\omicron\mu\tilde{\phi}$. — 550 $\acute{\alpha}\lambda\lambda\eta$, 998 $\tau\omicron\iota\tilde{\eta}$, 1098 $\xi\tilde{\nu}\nu\tilde{\eta}$, 118 $\iota\sigma\sigma\acute{\omicron}\tilde{\nu}$, 896 $\mu\acute{\upsilon}\tilde{\theta}\omicron\iota$, 452 $\nu\tilde{\eta}\sigma\omicron\iota$, 848 $\xi\acute{\alpha}\nu\tilde{\theta}\omicron\iota$, 644 $\tau\omicron\upsilon\tilde{\nu}$, 219 $\alpha\tilde{\nu}\tau\tilde{\omega}$, 444 $\nu\tilde{\eta}\tilde{\omega}$, 819 $\xi\acute{\alpha}\nu\tilde{\theta}\omega$, 829 $\mu\acute{\rho}\epsilon\tilde{\mu}\nu\omega$, 831 $\tau\tilde{\mu}\omega\tilde{\lambda}\omega$. —

putauī septuagies septies; in prima autem huius pedis diphthongi correptiones tredecim admisit⁹⁾. Restat, ut addamus correptiones in secunda secundi pedis breui 728 *Σχύθαι*, 461 *Αιόλον*, quinquies *καί* et in prima eiusdem u. 365 *Λόκροι*, 533. 566 *νήσοι*, 516 *καί*.

Quantopere nothum quem diximus hiatum poëta noster amauerit, tantopere abstinuit a uero hiatu; praeter duodecim enim exempla, quibus ante *ε* οἱ ἔργα Homeri imprimis exemplum secutus hiatum Dionysius admisit tribus tantum locis inuenitur, e quibus, u. 234 *ἐπειρήθησαν* forma recte pro *ἐπειρήσαντο* restituta, G. Hermannus unum affert u. 917 in Orphic. p. 737 (cf. p. 822), omisit autem u. 872. *πεδιον τὸ Ἀλήϊον*, quae uocabula ex ipso Homero (Il. VI, 201) sumpta esse uidentur, et u. 173 *τὰ ἕκαστα* in prima quinti pedis breui.

Sed ne quid in re metrica desideretur, hic spondeorum usum in periegesi breuiter tangamus, de quo uir doctissimus, de rebus metricis in poëtis Graecorum epicis optime meritus A. Ludwich iam plene et accurate egit in *Fleckeis. Annal.* cix (1874) p. 237 et in „*Beiträge z. Nonn.*“ p. 47 adu. 26 et passim in libro de Hexametris poëtarum graec. spondiac. Hal. 1866, post quem nihil est, quod addendum sit. — Restat, ut commemoremus usum et rationem simplicem monosyllaborum in fine uersuum positorum: habemus u. 9 *Ἀσίην τε*, 32 *Κρόνιον τε*, 464 *ἰταμένων τε*, 469 *Αιλύβη τε*, 1179 *ἐφράσατο Ζεύς* 583 *ἐκκέχνηται πῦρ* 759 *ἐκτέταται χθών*, 966 *ἀδαλέος χρώς* et 933 *γάρ μιν* 965 *ἄρα σφιν*, quibus locis oratio ad sequentem continuatur uersum; cum synizesi legendum est 368 *δέ σφρων*.

Nunc uero deinceps, ut nobis proposuimus, in hoc capite disseratur de mensura nonnullorum uocabulorum; ac primum quidem nomina propria, deinde substantiua, adiectiua, aduerbia, uerba perlustremus, ita ut appareat et quibus uocabulis aliam ac ueteres tribuerit Dionysius mensuram et quos auctores sit secutus.

u. 370 *Αισάρου* longa uocali Dionysius habet Theocritum IV, 17 *Αισάροιο* imitatus non Lycophronem 911; breuis uoca-

⁹⁾ 814. 915 *κεῖται*, 285. 835 *νέμονται*, 75. 91 *τετάνυσται*, 23. 194 *καί*, 619 *μοι*, 616 *νήσοι*, 906 *οἱ*, 711 *πολλοί*, 90 *Κροῦ*. —

lis nobis occurrit etiam in Priscian. perieg. 363, Festi Auieni descr. 518 et in Ouid. Metam. XV, 23, qui ab „Aesar“ nominatio breui cum \bar{a} littera „Aesaris“ genetiuum formauit. — 918 *Ἀπαμειλιγ* dura alterius \bar{a} productio apud nullum alium inuenitur. — In productione litterae \bar{v} in nomine *Βέβρυκες*¹⁰⁾ u. 805 Dionysius non dissentit cum Appollonio Rhodio, qui quidem semel II, 98 correpta media syllaba hoc nomen usurpat,¹¹⁾ bis II, 2. 70. in thesi \bar{v} produxit, in arsi his locis: 121. 129. 758. 768. 792. 798. — *Γάδειρα* Dionysius u. 65. 451. 456 breui \bar{a} littera assumpsit, quamquam ionica dialecto *Γήδειρα* apud Herodotum IV, 8 exstat et uocalem produxit Parthenius fr. XXV (Anal. Alex. Meinek. p. 278), Festus Auienus in „Gadir“ nomine u. 100. 610. 615. — Longam \bar{i} et \bar{v} in nomine *Βιθυνοί* Dionys. 793 exhibet ex Apollon. Rh. II, 347. 788 usu cum Orph. Arg. 671. Orac. Sibyll. V, 123. XI, 176. XIII, 138 ed. Alexandre² Horat. Carm. I, XXXV, 7 Priscian. perieg. 761; breuibus contra cum litterulis \bar{i} et \bar{v} nomen in uersum receperunt Gregor. in A. P. VIII, 93, 4, auctor Orac. Sibyll. XII, 253, de qua mensura cf. Fr. Jacobs. ad Anth. Graec. III, p. 429. 634; primam syllabam corripuit Iuuenalis Sat. VII, 15¹²⁾. Uide etiam *Βιθυνίς* Apoll. Rh. II, 4. 177. 619. 730. Quint. Maec. in A. P. VI, 230, 1. Ouid. Amor. III, 6, 25; consulto autem praetermitto *Βιθυνηίδος* Cyri in A. P. IX, 808, 5 cum uocalis longa corripatur auctis syllabis cf. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 184 n., in Pathol. Serm. graec. Prolegg. p. 242. 468 adn. 57, Meinek.

¹⁰⁾ De mensura huius uocabuli metricorum ueterum exstant adnotationes Choerobosci Dictat. in Theod. Canon. p. 314, 8 ed. Gaisf.: τὸ δὲ *Βέβρυξ* κατὰ τὰς πτώσεις τὰς μὴ ἐχούσας τὸ ξ διαφορεῖται κατὰ χρόνον. ἐρέθη γὰρ καὶ ἐκτεταμένον ἔχον τὸ \bar{v} καὶ συννεσταλμένον. Draco Stratonic. „de metris poetiis“ p. 28, 5 ed. G. Hermann *Ἐβρυκος γὰρ συννεσταλμένως καὶ ἄμβρυκος, Βέβρυκος κ. τ. λ.*

¹¹⁾ Quem secuti Euphor. frag. \bar{civ} (Anal. Alexandr. Meinek. p. 130) Lycophr. 516. 1305. 1474. Theocr. XXII, 29. 77. 91. 110. Valor. Flacc. Argon. IV, 315 „Bebrÿcus“; Priscianus u. 773 breui cum uocali „Bebrycii“ formauit.

¹²⁾ Quem uersum post Pinzgerum „de uersibus spuriiis et suspectis“ 1827. O. Ribbeckius, praeceptor meus dilectissimus, non in textum recepit, Teuffelii assensum in „Üebersetzung des Iuuenal“ p. 235 nactus.

ἔσω Θεοδέμονος αὐλῆς“ 77 „ἦγαγε Πέτρον ἔσω πολυχανδέος
αὐλῆς“, υ, 119 „Χριστὸς ἔσω μεγάρου Φορών“ et locos Quinti
Sm., quos laudat Koechly. ad XIII, 273. — E modorum ratione
atque usu commemorandus est optatiuus post praesens tempus
a Dionysio admissus u. 1128 *φράζο δ’ . . . ὡς ποταμοὺς ἐνέ-
ποιμι*, quem usum apud huius aetatis poëtas non rarum notauit
G. Hermann „de dictione Orphei“ p. 812 cf. Fr. Jacobs. ad Anth.*

aduerbio loci *αὐτοῦ* coniungendum esse recte Bernhardus iudicat; hic enim aduerbii tamquam pleonasmus nonnullis Homeri locis satis firmatur II. VIII, 207 *αὐτοῦ κ' ἐνθ'* XXIII 674. Od. V, 208 *ἐνθάδε αὐθι* h. I (II), 373 seq. *κεῖθι αὐτοῦ* cf. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 873. Similem pleonasmum obseruare licet in particularum *ἦμος ὅτε* cumulatione, pro quibus uetustiores scriptores aut *ἦμος* aut *ὅτε* dicere solebant; Dionysius 1158 has particulas coniunctas exhibet nec *τῆμος ὅτε* codicum deteriorum lectionem restitui opus esse haec exempla bonorum mss. auctoritate firmata docent: Arat. 584. Nicand. Th. 936. (cf. eiusdem u. 75 *ἦμος ὅταν*) Apoll. Rh. IV, 267. 452. 1310. Orph. Arg. 121. Marcellus in Epigr. Append. Freder. Jacobs. No. 51, 25; inspicere Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 367 et confer *ἔων ὅτε* in Parthen. Erotic. VI, 16.

Perpauca ut uerba faciamus de syntaxi Dionysii reliquum est; primum obseruanda est appositio non praeposita eis, quibus explicandis inseruit, sed interposita ut in Hom. Od. II, 386 *Φρονίῳ Νοήμονα φαιδιμον νιόν ἦτεε* et apud Apoll. Rh. IV, 971 *ὀπλοτέρη Φαέθουσα θνηατρῶν Ἡελίῳ*, in Dionysii periegesi 593 „*μητέρα Ταπροβάνην Ἀσιηγενέων ἐλεφάντων.*“ Colligantur deinde rariores quaedam aut Dionysio propriae uerborum nonnullorum constructiones. u. 1045 *μέλεσθαι* cum datiuo rei, quae alicui curae uel cordi est, coniunxit poeta ex usu senioris temporis poetis non ignoto ut post alios G. Hermann ad Orph. Arg. 383 p. 79 Koechly ad Quint. Sm. IV, 500 multis exemplis docuerunt; alia, quae habeo exempla, quin addam non cunctor. Medium huius uerbi datiuo coniunctum inuenitur in Maxim. *περὶ καταρχ.* 48., Oppian. Hal. III, 156. V, 615 Nonn. Dion. V, 283 VI, 49 XV, 190 XXV, 424 XLVIII, 667; eandem actiui constructionem obserua in Pind. fr. 120 (127) Bergk., Oppian. Hal. I, 155. 309. 663. III, 359. Cyn. III, 49. Nonn. Dion. XIII, 555. XXXVII, 1. — Cum Dionysius u. 656 „*φιλότητος . . . τῆν ποτε Σαυρομάτησιν ἐπ' ἀνθρώποισι μίγησαν*“ certe usu rariore dicit, sequitur Hom. II. XV, 33 „*φιλότης τε καὶ εὐνή, ἦν ἐμίγης*“, quem uersum a Zenodoto et Aristophane Didymo teste spreto Plutarch. de aud. poet. 4 priori adiungit; *τῆν* et *ἔν* accusatiuus qui dicitur relationis a uerbo *μίγνυμαι*

pendens his duobus tantum locis exstat. — Usitatam uerbi *προ-νεύειν* structuram, quam Dionysius u. 1149 „*προνευενκεν ἐπ' Ὁκεανόν*“ retinuit, non seruauit u. 214 genetiuum aliis prorsus ignoto usu recipiens „*προνευεγκότες Αἰγύπτιοι*“ . — Item a solemni consuetudine recessit cum u. 503 Ἰδη — ὑπὸ δρυσὶ τηλεθώσα et u. 1127 ὕλαι τηλεθώσιν Ἐρδραίου καλάμοιο pro usitato datiuo (cf. Hom. hym. V, 412 coll. *θάλλω, θαλέθω, θαλέω*) scripsit; propria haec Dionysio esse uidentur, quamquam quidem alterius structurae licentiam tueri uidetur locus ille Aeschyleus Pers. 616, quo *θάλλω* eum ἐν praepositione iunctum inuenitur „*τῆς ἐν φύλλοισι θαλλούσης Ἴσον ἐλατῆς κ. τ. λ.*“ (Dind. poet. scaen.^b). — Commemoretur deinde adiectiui ἴδρις, quod cum genetiuo (Hes. scut. 351 etc.) uel accusatiuo (Soph. Oed. C. 525) construi notum est, Periegetae peculiaris structura u. 857 „*ἴδριες ἐν πολέμοισι*“ quae ex analogia, ni fallor, *δαήμων* uocabuli, quod eadem praepositione duobus Iliadis locis exstat XV, 411 „*ἐν παλάμησι δαήμονος*“ XXIII, 671 „*ἐν -ἔργοισι δαήμονα*“ orta esse uidetur. — Inter rariora denique referendum est ἔσω aduerbium cum genetiuo uerbo mouendi coniunctum u. 46 *συχόμενος Λιβύην* ἔσω *Παμφυλίδος αἴης* et u. 103 *ἔλκεται οἶδμα κορύσσων | πόντος* ἔσω *Λιβύης*. Cuius structurae Homeri duo tantum nota sunt exempla — in illo autem Ἰαῖδος εἶσω supplendum esse *δόμον* inter omnes constat — Od. VII, 135 *ὑπὲρ οὐδὸν ἐβήσετο δώματος εἶσω* VIII, 290 *εἶσω δώματος ἦειν*. (Lehrs „de Aristarchi stud. Hom.“ p. 137^a) cf. Aeschyl. Sept. 556 „*γλῶσσαν | ἔσω πυλῶν ῥέουσιν*“ Apoll. Rh. III, 311 „*ἐκόμιζεν | Κίρκην Ἐσπερίης εἶσω χθονός*“ Nicand. Th. 208 „*ἔσω ποταμοῖο κύλισεν*“ Heliod. apud Stob. Flor. C, 6, u. 9 (Meinek. Ana. Alex. p. 382) „*παράδραμη ἔρκεος εἶσω*“ Nonn. Par. α, 148 „*ἔκασαν ἔσω θεοδέγμονος αὐλῆς. ο, 24 καὶ μιν* — ἔσω *βάλλουσι καμίνου*“ σ, 73 „*ἦλθεν ἔσω θεοδέγμονος αὐλῆς*“ 77 „*ἦγαγε Πέτρον ἔσω πολυχανδέος αὐλῆς*“, ν, 119 „*Χριστὸς ἔσω μεγάρου θορών*“ et locus Quinti Sm., quos laudat Koechly. ad XIII, 273. — E modorum ratione atque usu commemorandus est optatius post praesens tempus a Dionysio admissus u. 1128 *φράζο δ' . . . ὡς ποταμοὺς ἐνέποιμι*, quem usum apud huius aetatis poëtas non rarum notauit G. Hermann „de dictione Orphei“ p. 812 cf. Fr. Jacobs. ad Anth.

Graec. III, p. 66. Optatium potentialem, qui dicitur, ommissa particula ἄν uel κε post Homerum omnes poëtas¹⁶⁾ adhibuisse G. Hermann in lib. „de particula ἄν“ p. 160 seq. exemplis demonstrauit. Dionysius Periegetes merum posuit optatium: u. 718 „ἀλλ' εἶη τοι σχῆμα περιδρομον, ἀμφιέλικτον, | πάσης Κασπίης μεγάλης ἀλός“, u. 1062 „ἀλλά τοι εἶη | Περσὶς ὄλη μεγάλοισι περιδρομος οὔρεσι γαῖα.“, u. 826 „τάων ἀμφοτέρων γε βορειοτέρην ἐσίδοιο | παραλήην Ἐφεσον“, quo uersu pro γε Blomfield. ad Callim. p. 94 κε restituisse uideo coniectura merito ab editoribus neglecta, u. 208 „κείνον δ' αὖ περὶ χῶρον ἐρημωθέντα μέλαθρα | ἀνδρῶν ἀθρήσειας“ et u. 319 „ἀδάμαντά τε παμφανόωντα | ἐγγύθεν ἀθρήσειας“ (sed cf. in iisdem formulis additum ἄν u. 813. 991 ἴδοιο ἄν, u. 478. 923. 1075 ἴδοις ἄν, u. 851 ἄν ἀθρήσειας).

CAPUT III.

DE SIGNIFICATIONE UOCABULORUM.

Multorum uocabulorum significationes traditas et usu poëtarum communi tamquam sanctas, omnes poëtas Alexandrinos, haud dubie etiam hac in re doctrinam tortuosam et reconditam appetentes, saepe audacia quadam immutasse innumerabilibus exemplis uel in carminibus ipsis exstantibus uel a grammaticis lexicographisque laudatis demonstrari potest. Si quis igitur hoc respiciens Dionysii carmen diligenter atque attente perlustret non pauca, quae ab usu solemnium recedant, inueniet; quae nobis periegesin pertractantibus occurrerunt, hoc in capite proferamus.

Dionysius u. 30 Ἄτλας (ἐσπέριος) dicit pro Ἀτλαντὶς θάλασσα (Herod. I, 202) uel Ἀτλαντικὸς πόντος (Eurip. Hippol. 3) uel Ἄτ-

¹⁶⁾ De tragicorum usu Kućala „Beiträge zur Kritik und Erklärung des Sophocles“ I, p. 50 seqq. scripsit; praeter poëtas nonnullos pedestris orationis scriptores respexit L. Schmidt „de ommissa apud con. et optatium ἄν particula“ in Ind. Lect. Marb. 1869. Ex Alexandrinis exempla collegerunt Koechly ad Quint. Sm. p. LXXIX §. 26. O. Schneider in Callim. I, p. 358.

λαντος χεῦμα (Dionys. Per. 559), quam significationem apud nullum alium scriptorem inueniri arbitror. — Quod dicit poeta u. 563 τόθι κασσιτέροιο γενέθλη ex Homeri usu Π. Π, 857 ὄθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη nouit; his enim locis γενέθλη patria siue locus quo quid oritur significat, propriam autem notionem huic uocabulo tribuisse Periegeta uidetur u. 1044: ἐκ δὲ γενέθλης | νηπιαχοὶ τόξοισι καὶ ἱπποσύνησι μέλονται, pro quo in usu fertur ἐκ γενετῆς (cf. Hom. Π. XXIV, 535. Od. XVIII, 6. hymn. Hom. III, 440. Hes. Theog. 271. Oppian. Hal. I, 321).¹⁾ — γλωχίς,²⁾ quod est cuspis sagittae similitudine instrumentorum (Nonn. Dion. XXXVI, 111 τριαίνης, Damoch. in A. P. VI, 63, 7 σιδήρου, similiter Nonn. Dion. I, 193 κερατῆς) apud Dionysium 184. 281 „πυμάτην μὲν ἐπὶ (ὑπὸ) γλωχίνα νέμονται“ idem ualet ac γωνία „angulus“ ut uox explicatur in Etym. Magn. p. 235, ab Eustathio ad Hom. Π. V, 393 pag. 563, 17 ab eodem ad nostrum Π. cc. pag. 249, 23. 265, 32, a Schol. ad Dionys. Π. cc. pag. 439, 38. 442, 15, a Schol. ad Callim. h. IV, 235; ex hoc Callimacheo loco Periegeta hanc notionem rariorem sumpsisse uidetur. — ἐρωή uocabuli significationem propriam esse „impetum“ ex Hom. Π. XI, 357 (δοῦρατος), alteram „finem, reliquiem“ ex Π. XVI, 302 (πολέμου) notum est; Dionysius tertiam praebet, genetium non addens ita ut significet „recessio“ ὑποχώρησις ut Hesychius s. u. explicat, quae notio frustra quaeritur in alio scriptore, sed firmatur significatione uerbi ἐρωέω τινός in Hom. Π. XIII, 776. XIV, 101. XVII, 422. XIX, 170. Hom. h. V, 301. Quo ab usu non alienus esse uidetur ille omnium Alexandrinorum, quo genetiuos, quos antiquiores ad definiendam notionem addere solent, omiserunt;³⁾ uti etenim Apoll. Rh. IV, 1685

¹⁾ De uocabulis γενέθλη, γένος etc. uide locupletissimam dissertationem Spitzneri in Excurs. ad Iliad. V, 270 et E. Scheer. „Callimachus Ὀμηρικός“ pag. 23. 24.

²⁾ γλωχίν nominatiuum testantur Etymol. Magn. pag. 235, 50. Orion pag. 38. Schol. in Sophocl. Trachin. 681. Eustath. ad Hom. Π. pag. 563, 17; de aliis in -ω exeuntibus uocabulis inspicias Lobeck. Paralipom. gramm. graec. pag. 170.

³⁾ Hunc usum monuisse uideo patrem meum carissimum in Nicandreis p. 85 et in Coniectan. in Colluth. (in Philol. XXIII, p. 428.); add. ὀμίχλη pro ὀμίχλη νυκτός (Musae. 282. 283.) in Musae. 113. 280. Nonn. Dion. I, 183. XXXIII, 264. XXXVIII, 19. 82.

ῥιπήν „uentum“ pro ἀνέμου ῥιπήν dicit, ita Dionysius ad eius usum sese componens scripsit uu. 662. 762. 879. δύσις pro ἡέλιου δύσις et ἀντολή pro ἀντολή ἡέλιου (quod ipse semel u. 590 usurpat) uicies quinquies; neque aliter decies septies ἀύγαι pro ἡέλιου ἀύγαι in usum uocauit, tribus tantum locis genetiium addens. — De uocabuli *θύον* Dionysii u. 936 cum Callimacho peculiari notione cf. O. Schneider. in Callimach. tom. II, p. 556. — κλίσις u. 585. 1095 „inclinationem“ denotat, sed u. 615 id. q. „κλίμα, plaga“, quam significationem „inter rarissima“ recte reposuisse G. Bernhardyus l. c. uidetur. — κνημίς 714 translaticia significatione legitur pro κνημός cf. Eustath. ad Dionys. u. 914 (p. 377, 38), Lobeck. Prolegg. Pathol. serm. graec. p. 462, quam Dionysius ex Euphorione frag. LV (Meinekii Anal. Alex. p. 97) nouit; sic enim hoc loco e codicis lectione κήμησι recte O. Schneider in Callim. I, p. 177 restituit. — ὀπωπή proprie „aciem oculorum, lumen“ denotat (Od. IX, 512. Apoll. Rh. II, 109. Oppian. Hal. III, 163), deinde „oculum ipsum“ (Nonn. Dion. VII, 191. 258. Par. ι, 41. Christod. 281. 301. Colluth. 305. Musae. 160. 169);⁴⁾ tertia uocabuli notio „adspectus“ est (Od. III, 97. IV, 327. Colluth. 259. Musae. 78 ibique Ludou. Schwabe „De Musaei Nonni imitatore“ p. 20); similis apud Dionysium significatio exstat u. 171 „μυθήσομαι . . . ὄφρα καὶ οὐκ ἐσιδῶν περ ἔχοις εὐφραστον ὀπωπήν“, sed ibi ὀπωπή ad mentem refertur ita ut sit „intellectus“, quae translata notio nullo alio loco inuenitur. — 236 πόλος „totum caelum“ significat ut apud alios: Maneth. III (II), 411. Orph. Arg. 565. Nonn. Dion. I, 145. 177. 240. II, 163 multis aliis locis, uide Schoemann. in adnot. ad Aeschyl. Prometh. p. 305. — πορθύμις u. 80. 344 pro πορθύμός a nullo alio nisi Orph. Arg. 1146 usurpatur. — Mirabili figurae audacia u. 557 „ἀνέμοιο παρὰ σφυρόν“ Dionysius dicit, de qua metaphora Eustathius l. c. p. 325, 24 (cf. ad Hom. II. p. 310, 2) tradit „ὅτι κατὰ μεταφορὰν τολμηροτέραν καὶ ποιητῆ πρέπουσαν σφυρόν, ἤγουν πόδα, ἀνέμου λέγει τὴν βάσιν, ὃ ἔστι τὸν τόπον καὶ τὴν θέσιν ὃθεν πνέει“. Dio-

⁴⁾ Hac notione pluralis magis in usu fuit: Apoll. Rhod. III, 1023. Oppian. Hal. II, 536. IV, 342. Cyn. III, 75. Quint. Sm. IX, 874. XII, 404. 414. Nonn. Dion. II, 525. X, 64 etc. Colluth. 334. Christod. 63. 124. 145. 224. 295. Musae. 101. Tryph. 72. Claudian. Gigant. ed. Koechly p. 20, u. 22 etc.

nysii autem locutionis audacia firmatur loco persimili Nonni Dion. XXI, 322 „*Ζεφύροιο παρὰ σφυρά*“ quem etiam in Stephani The- sauro desidero. — *τιθήνη* Dionysius u. 501 de regione pro *μήτηρ* uel *τροφός* usurpat, cuius notionis translatae (= patria) apud posteriores exempla non pauca exstant. cf. Nonn. Dion. XIII, 67: „*Ἦλην Τυχλοιο τιθήνην*“ Christod. Ecphr. 153. 158. 164. 376. Archi. Mityl. in A. P. IX, 19, 5 „*Νεμέη λέοντος τιθηνήτειρα*“.

Ex adiectiuis haec quattuor attingere placet: *ἀπενθής* ac- tiva notione *ἄπειρος*, *ἀπαίδευτος* semel legitur in Hom. Od. III, 184; apud poëtas Alexandrinos haec notio frequentior fuisse ui- detur cf. Arat. 648, Callim. fr. 451 a Naekio de Hecal. p. 156 restitutum, in Dionysii periegesi 194, Anonym. in Anth. Planud. 303, 1 etc. — *διθάλαστος* u. 156 non „utrimque fluctibus allutus, prope duo maria situs“, sed „duo maria efficiens, aperiens“ de- notat, quam significationem apud nullum inuenio nisi Strabonem II, 124 C., cuius scriptoris elocutionis nonnulla cum Dionysio communia obseruauit Tycho Mommsen l. c. p. 80. — Adiectiuum *περίδρομος* triplici significatione in Dionysii carmine legitur, primum „circumdans circumfluens“ u. 60 *πόρος-νήσοισι περί-δρομος*, 862 *περίδρ. ἀμφιπέριτη*, deinde „circumdatus uel circum- fluus“ u. 99 *ισθμός* — *τρισηῆσι περίδρ. ἀμφιπέριτης*, 461 *περίδρ. εἰν ἄλλῃ νῆσοι*, 1063 *περίδρ. οὔρεσι γαῖα*, tum „rotundus“ u. 5 *χθών* — *πᾶσα διαπερὸ περίδρ.*, 718 *σχῆμα περίδρομ. ἀμφιέλικτον*. Simili modo poëta 987 *περίτροχος* passiuua notione „circumfluus“, non communi⁵⁾ sensu „circumfluens“ aut „rotundus“ usurpauit, quam notionem apud alium auctorem frustra quaesui. — Iam non- nulla adiectiua percenseamus, quae Dionysius substantiuus inusitato modo addidit. u. 123 *ἀγκύλος*, quod apud Homerum II. V, 210, VI, 39 et alios *τόξω* uel *ἄρματι* tribuitur, epitheto ornat Periegeta uocabulum *δράκων* ut Nonn. Dion. VII, 328; *ἐννάλιον* Homerum (II. XVII, 211) imitatus u. 654 Martem deum appellat, u. 97 et 774 autem posteriores poëtas secutus hoc adiectiuum pro *πο- λεμικός* recepit ut Nonnus multis locis, quos collegit Julius Bintz

⁵⁾ Haec sufficiant: Hom. Il. XXIII, 455. Callim. fr. 124 (coll. Naek. de Hecal. p. 112). Apoll. Rh. III, 1229. Oppian. Cyn. IV, 90. Nonn. Dion. I, 347. XXVIII, 19. Tryphiod. 518.

„De usu et significatione adiectiuorum epicorum apud Nonnum Panopolitanum“, diss. inaug. Hal. 1865, p. 14.

Postremo subsequantur nonnulla de uerborum significatione. *αὐδάζομαι*, quod apud Herodot. II, 55. 57. V, 51 est „loquor, exclamo“, Dionysius cum accusatio iungit ut „nomino, appello“ significet u. 22 *κεῖνον τ' Εὐρώπης Ἀστὴς θ' ὄρον ἠὲ δάξαντο*, u. 94 *Ἰονίην περιναίεται ἠὲ δάξαντο* ut Oppian. Hal. I, 127 *οὐσθ' . . . ἠὲ δάξαντο*, quibus praeiuit Nicander Th. 464 *ὄν τε λέοντα αἰόλον αὐδάξαντο*. — *ἔλκομαι* Periegeta 76. 103. 119. 166. 199. 988 de fluminibus et maris sinibus dicit ut Lycophr. 702 Nonn. Dion. III, 369; de terrae cuiusdam situ Dionysius 244. 1086 solus usurpasse uidetur. — Ab antiquis discrimen (cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 125) quod inter *ἐπιτέλλεσθαι* et *ἐνατέλλειν* sit, semper obseruatum, a recentioribus saepe neglectum esse notum est; *ἐπιτέλλεσθαι* pro *ἀνατέλλειν* significatione „oriri exoriri“ primus Hesiod. Opp. 383 *Πληιάδων ἐπιτελλ.* 567 *Ἀρκτοῦρος ἐπιτέλλεται* in usum recepit, quem praeter alios secuti sunt auctor Hom. h. III, 371 Apoll. Rh. IV, 141 de sideribus, Dionysius autem de flumine usurpans u. 298 „*ἐπιτέλλεται ἱερὸς Ἴστρος*“. ⁶⁾ — Uix hoc loco praetermittendum esse duco Alexandrinorum poëtarum usum quo propter metrum generis medii formas saepe actiui generis praetulerint; rectissime G. Bernhardt ad u. 702 adnotat „*χορὸν ἐστήσαντο*“ (adde u. 1160 *ὄργια ἐστήσαντο*) „longe rarissimum esse cum usu fuerit peruagatum *χορὸν στήσαι* siue *καταστήσαι*.“ Uno enim tantum loco idem medium eadem significatione inueni apud Maxim. *περὶ καταρχ.* 419 *χορὸν ἰσταμένην (Ἰφειθιαν)*. Eodem modo a Dionysio 997 *ἀθερίζομαι* pro *ἀθερίζω*, 1173 *κληρόομαι* pro *κληρόω*, 1032 *νενασμένοι* pro *κατοικοῦντες* (cf. Apoll. Rh. II, 747), ⁷⁾ 684 *νοσφρίζομαι* pro *νοσφρίζω* usurpatur, ⁸⁾ inuerso modo actiuo *ἐλίσσειν* pro *ἐλίσσεσθαι* Dionysius 104. 497 ut Callim. h. IV, 13 usus est. — u. 146 *οἴγεσθαι* non „aperiri“, sed „apertum esse, patere“ e perfecto *παραπέπταται*

⁶⁾ *ἐπιτέλλειν* uerbum actiuum eadem notione pro *ἀνατέλλειν* uide in Iliad. parv. fragm. 11. Kink.

⁷⁾ Passiua notio in Dionysii perieg. 264. 381 exstat.

⁸⁾ Cf. quae de hoc Alexandrinorum usu accuratissime disputauit O. Schneider in Callim. I, p. 160 seq. II, p. 409 seq.

satis liquet, quam notionem Dionysio cum Panopolitano poeta communem esse ex iis quae C. Lehrsus in Quaest. Epic. Addend. p. 330 dicit, perspicias. — ὠρέσθαι quod de uocibus canum (Theocr. II, 35. Bion. I, 18. Colluth. 117) et bestiarum (Arat. 1124. Oppian. Hal. I, 399. Quint. Sm. XII, 518. cf. O. Schneider in Callim. II, p. 598 seq.) dicitur, poëtice Dionysius u. 83 „τὸν δὲ μέτ' ὠρέεται Τυρσηνίδος οἶδμα θαλάσσης“ ad maris undas transtulit ut Antipat. Sidon. in A. P. XI, 31, 2 „ὠρόον κῦμα“. ⁹⁾

CAPUT IV.

DE UOCIBUS DIONYSIO PROPRIIS

ET RARIORIBUS QUIBUSDAM

EI CUM ALEXANDRINIS POËTIS COMMUNIBUS. ¹⁾

Recentiores poetae cum ingenio uetustioribus essent inferiores doctrina atque arte studebant, lectoribus placere et laudem sibi parare; itaque uocabulis non paucis nouam induebant signi-

⁹⁾ Non raro poetae rebus inanimis ea quae homines aut animalia decent, tribuerunt; sic iam Homer. II. XIV, 394 κῦμα βοῶα XVII, 265 ἤϊόνες βοόωσι, quem secuti Hes. Opp. 511 βοῶ ἔλη Apoll. Rh. II, 554 βόων ἀκταί Quint. Sm. II, 352 βοόωσι χαράδραι VI, 332 κύματα βοόωντα cf. Hom. Od. X, 227 δαπεδὸν ἀμφιμέμνηεν Hes. Opp. 508. μέμνη δὲ γαῖα καὶ ἔλη Tzetz. H. 468 μῦνε δὲ γαῖα Oppian. Hal. III, 461 κῦμα μέμνηεν. Eundem poëticum colorem obseruare licet in Hom. II. XIX, 362 γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθῶν, quod imitati sunt auctor Hom. hym. V, 14 γαῖα δὲ πᾶσ' ἐγέλασσε καὶ οἶδμα θαλ. Theogn. 9 ἐγέλασσε δὲ γαῖα Nonn. Dion. VII, 344. XXII, 7. XXXVIII, 416 γαῖα δὲ πᾶσα γέλασσε Quint. Sm. II, 210 γελᾷ περὶ γαῖα καὶ αἰθήρ VI, 3 γέλασσε δὲ γαῖα καὶ αἰθήρ cf. Hesiod. Theog. 40 γελᾷ δὲ τε δώματα Apoll. Rh. IV, 1171 ἐγέλασσαν ἤϊόνες. Hom. hym. I, 118 μεῖδιθε δὲ γαῖ' ὑπένεροθεν Oppian. Hal. I, 459 εἶφαρος ὄραι γελάσωσιν Nonn. Dion. XXXVIII, 422 ἐγέλασσαν ἀλωαί Meleag. in A. P. IX, 363, 6 λειμῶνες γελόωσιν. Aeschyl. Prometh. 90 γέλασμα κυμάτων. Att. tr. 572 seq. „suauisona echo crepitu clangente cachinnat“. Catull. LXIV, 273 „leni resonant clangore cachinni“.

¹⁾ Nomina propria, quae in Dionysii periegesi tantum exstant, unde partim uenerunt in Festi et Prisciani uersiones, Eustathii commentarios, Nice-

fictionem, mirabili delectu uerba obsoleta, a ueteribus poëtis semel uel bis usitata frequentabant, non raro formauerunt uocabula noua. Tales nouatores ut ita dicam et uocum inuentores imprimis Nicander, Lycophron, Babrius, Nonnus exstiterunt; neque uero apud hos solos sed etiam apud omnes ceteros poëtas Alexandrinos uocabula inueniuntur, quae unicuique sunt propria. Quae Dionysius Periegeta solus disseminauit in ordinem iam redigamus, comparatis etiam, quae apud alios poëtas similiter formata inueniuntur; ac primum quidem perscrutemur uocabula praepositionibus composita, quorum simplicia satis uulgaria et peruagata sunt.

ἀμφέλλομαι quo uerbo Dionysius u. 268 usus est, et aduerbium *διαμφίς* u. 5. 903 nullo alio loco reperitur; hoc quidem coniectura restitutum in Epiphan. I, p. 388° ab Haasio in Steph. Thes. II, p. 1244 s. u. 2) — *ἐπιλαδόν* u. 763 „cateruatim, confer-tim“ eadem significatione exstructum ac simplex aduerbium *ιλαδόν* uel *ιληδόν* et *ελληδόν* 3) comparare possumus cum aliis aduerbiis, quae eodem modo formata sunt ita ut ad uocabuli notionem modifi-candam simplici praepositione aliqua, sic *ἐμπαλι* e *πάλι*

phori paraphrasin, non pauca C. Mueller Prolegg. p. XXV attulit, fugerunt autem eum haec cetera: *Γαργαρίδαι* 1144, Indicae prouinciae incolae (Auien. 1349), pro quo nomine *Γανδαρίδαι* (Diod. II, 37), *Γανδρίδαι* (Plut. Alex. fort. I, 2), *Γανδαριται* (Plut. Alex. 62), *Γανδάροι* (Ptolem. VII, 1, 44), *Γανδάριοι* (Herod. III, 91) in usu fuit. [Gangaridae Prisc. 1050.] — *Γεδρωσάοι* 1086 (Priscian. 994) usurpauit Dionys. pro usitato *Γεδρώσιοι* (Strab. XV, 723 C.) uel *Γεδρωσηνοί* (Strab. XV, 724 C.) uel *Γαδρωσάοι* (Arrian. Anab. VI, 27, 1. Ind. XXIII, 5). — Solus 877 *Κομμαγεηνόν* *ἔδος* pro *Κομμαγεηνόν* metri causa dicit cf. Eustath. l. c. p. 372, 18 „*λοτέον δὲ ὅτι τὴν Κομμαγεηνὴν Κομμαγεηνὴν λέγει κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ἑ διὰ μέτρον ὀρθότητα.*“ — Cum Dionysio 1142 *Σκόδροι* gentem Indicam commemorant eius paraphrastes p. 468, 12 eiusque interpretes Fest. Auien. 1346, Priscian. 1049; eundem esse populum, cui *Σόδραι* Diod. XVII, 102, uel *Ξάθροι* Arrian. Anab. VI, 15, 2 nomen dederunt, uerisimile est. — *Φαιναγόρη* denique urbs illa in Asiae litore a Phaenagora condita a Dionysio 552 appellatur, quem secuti Nicephorus p. 462, 31, Fest. Auien. 733, Priscian. 565; ab aliis eadem urbs nomine *Φαιναγόρεια*, *Φαναγόρεια*, *Φαναγορία*, *Φανάγορις*, *Φαναγόρειον*, *Φαναγόρη* commemoratur.

2) Adiectiuum *διαμφίδιος* apud Aeschyl. Prometh. 555 exstat.

3) Cf. Eustath. ad Hom. Il. p. 179, 22; Hom. Il. II, 93. Hes. Opp. 287. Quint. Sm. I, 7. II, 373. 397. III, 660. VI, 643, *ελληδά* Arat. 917 et *ἑμ-ιλαδόν*.

(cf. Naekii Op. I, p. 292) ὑπερέμα (Dion. Per. 1122, Tzetz. P. 375) ex ἤρέμα ortum est. *) — Deinde solus exhibet Dionysius u. 128 ἐπιπροβαίνω, quod uocabulum iisdem praepositionibus compositum est atque ἐπιπροῖημι a Dionysio sumptum ex Homero (Π. IV, 94. XVII, 708 etc.), qui praeter hoc unum tantum alterum cum ἐπιπρο- compositum in usum uocauit ἐπιπροῖάλλω Π. XI, 628; Alexandrinis autem cum his praepositionibus composita ualde placuisse recte notauit R. Volkmann. Comm. Ep. p. 63. Tum Periegeta e simplici παμφανάω u. 530 περιπαμφανάω finxit, praepositione περί uerbi simplicis notionem amplificans ut in alio uerbo suo proprio περιπιαίνω u. 1071; agmen horum a Dionysio compositorum uocabulorum claudat adiectiuum ὑφροσπέριος semel u. 450 a poeta carmini intextum.

Subsequantur deinceps octo alia uocabula e Dionysii ingenio ipso formata, quae apud alium scriptorem frustra quaesiuersis. A βόρειος adiectiuo femininum singulare βορεῆτις u. 243. 565 finxit, pro qua forma Dionys. uno loco u. 297 aliud illud raram exhibet βορειάς cum serioribus Orph. Arg. 739, Nonn. Dion. XXXVII, 121. XXXVIII, 406. XL, 282. XLIII, 235 [βορηίς Nonno Dion. XXXIII, 211 proprium esse uidetur]. Panem u. 995 cognomine ornat κερῶννξ, quod idem ualet ac latinum „cornipes“⁵⁾ ut Ouid. Fast. II, 361 eundem deum nominat. Bene igitur hoc Dionysii peculiare uocabulum comparatur cum κεροβάτης in Aristoph. Ran. 230, ubi Scholiasta inani stultitia explicat „τὰ κέρατα τῶν ὀρέων βαίνων“ non melius quam Photius et Hesych. s. u. „ὁ πᾶν ὅτι κέρατα ἔχει“, quorum explicatio, quam dant alteram certe uera est, Photii „ὅτι ἔχει κερατίνας βάσεις“, Hesychii „τὴν βάσιν ἔχων κερατίνην“. In nostro autem uocabulo κερῶννξ quaeritur, ῶ litterula utrum orta sit contractione αὐ (κερα-ωννξ) an productione ο̄ ut in ἀν-ώννος, συν-ώνμος al: productionem uocalis docere uidetur aliud Panis epitheton αἰγ-ώννξ (Leon. Tar. in A. P. VI, 35, 1) pro quo in Anth. Plan. 258, 2

*) Uide quae de similibus adiectiuorum formationibus Meinekius in Anal. Alex. p. 97 et in Add. 402, Lobeckius Paralipom. p. 166 disputauerunt.

5) „Cornipes“ Chironis epitheton est apud Claudian. in Rufin. II, 80; equis tribuerunt Claudian. fesc. II, 11. Sil. Ital. XI, 161, capellae auctor Priap. LXXXV, 16. ed. Muell.

exstat *αἰγ-όνυξ*. *μελανδίνης* 577 et *μεσήπειρος* 211. 1068 pro usitato *μεσόγαιος* receptum apud alium non inveniuntur item atque adiectivum *πεντάπορος* 301, quocum conferenda sunt alia in *-πορος* exeuntia, quae A. Ludwich Beiträge p. 104 e Nonno laudat, qui multus est in hac adiectiuorum terminatione. *πολυδίνητος* 407 ut nunc in Bernhardyi et C. Muellerei editionibus cum optimis codicibus legitur non cum cod. Q. *περιδίνητος* nisi apud Dionysium non exstat; formatum est a *πολυδινής*, *ἐς* (Oppian. Hal. IV, 585. Nonn. Dion. V, 156) ut ab *εὐδινής* (Orac. apud Porph. Phot. cod. 76, 21 Cr.) adiectivum *εὐδίνητος* (Nonn. Dion. XXX, 51. XXXVII, 679. XXXIX, 315. Par. v, 35, Leo. Tar. in A. P. VI, 205, 7) neque aliter ac *βαθυδινήτης* (Steph. Theb. Excerpt. *περὶ καταρχ.* Doroth. 11 ed. Koechly in bucol. et did. II, p. 115) a *βαθυδινής* (Nonn. Dion. XXII, 2. Demosth. Bithy. in Steph. Byz. s. u. *Ἡραία* u. 5 et in Etym. Mag. p. 437, 50).⁶⁾ Formas autem in *-δινής* exeuntes frequentiores esse quam in *-δίνητος* uide ex his adiectiuis quorum formae a *-δίνητος* declinatae non exstant: *ἀλιδινής* (Dion. Per. 908. Nonn. Dion. XXXIX, 212. Par. φ, 22), *βραδυδινής* (Nonn. Dion. XXXVII, 482. Par. v, 108), *ἐριδινής* (Tryph. 231), quo loco Wernikius *περιδινής* restituere uolebat, *θεοδινής* (Nonn. Par. α, 93. γ, 43. δ, 67. ζ, 81), *περιδινής* (Adesp. in A. P. VI, 23, 5), *ταχυδινής* (Nonn. Dion. XXXIV, 1. Par. ε, 137), *φρενοδινής* (Nonn. Par. μ, 109). Formauit deinde Dionysius a *σοοκτόνος* Callim. h. III, 216. ep. XXXXVI, 1 (cf. Nonn. Dion. I, 27. XLVIII, 765. Tzetz. ad Lycoph. 492 tom. II, p. 645, 4 ed. Mueller) *σοοκτονία* u. 853, pro quo Meleager in A. P. VII, 421, 12 *σοοκτασία* in usum uocauit; solus denique Periegetes adiectivum *ταυροφανής* „tauro similis“ u. 642 exhibet de Tauro monte ipso usurpans.

Metri causa mutauit Dionysius u. 1180 *ἐτεροίος* in *ἐτεροίος* praeunte Homero, qui eodem *ι* pleonasmo pronunciat *ὀμοίος*

⁶⁾ Magis notae sunt huius adiectiu formae in *-ης, ου* (Hom. II. XX, 73. XXI, 143. 212. 228. 329. Hes. Opp. 171. Dion. Per. 632) aut in *-ήεις* exeuntes (II. XXI, 15. 603. Asius fr. I, 2. Panyas. XVIII, 3 ed. Kinkel. e coniectura L. Dindorfii in Steph. Thes. s. u. prolata a Kinkelio l. c. neglecta, pro quo optime A. Koechly in Coniect. Epic. I, p. 18 *περιδινήεντι* restituit. Cf. *ἀργυροδίνης, μελανδίνης* etc.

Π. IV, 315 et *γελοῖος* Π. II, 215, de quibus Etym. Mag. p. 624, 24 profert „*ὄμοιος ἐκ τοῦ ὅμοιος πλεονάσμη τοῦ ἰ ὡς γελοῖος*“ cf. Lobeck. Elem. Path. serm. gr. I, p. 456 seq. Eadem de causa, ut uocabulum uersui aptaret duobus locis 851. 1085. *ὑπεράλιος* pro *ὑπεράλιος* dicit.

Ad alteram huius capituli partem disputatio progressa est, in qua ut erat propositum promiscue alia addantur, quae et ipsa non nimis epicis serioribus frequentia in Dionysii carmine nobis occurrunt. Haec igitur a me collecta supplementa existunt eorum, quae G. Hermannus, hanc poësis serioris prouinciam aperiens, in dissertatione praeclarissima de Orphei dictione et Ricardus Volkmannus in Commentationibus epicis ubi de uocabulis quibusdam Alexandrinorum poëtarum propriis scite doctèque disputauit, collegerunt. In sequentibus autem imprimis e Nonni carminibus locos congerere studui, quoniam quod maxime dolendum est lexicon Nonnianum adhuc desideratur e quo tota illius ingeniosi nouatoris copiosa uerborum supellex dilucide perspiciatur.¹⁾ Seriores poëtae ut praua interpretatione uocabulis non paucis notionem tribuerunt falsam (cf. E. Scheer. Callim. *Ὀμηρικὸς* p. 9 s. u. *αἰζήος*), ita prauo intellectu ex antiquorum poëtarum usitatis formis nouas uitiosas composuerunt easque frequentauerunt. Probare hoc licet tribus exemplis, quibus etiam Dionysius usus est; satis notum est Hom. Od. XXIII, 95 *ἀγνώσασκε*, quod in Scholiis Buttmanni Dindorfique et Apollon. Sophist. Lexi. Hom. uno sibillante scriptum sic legitur in editionibus. Hoc Homeri *ἄπαξ εἰρημένον* ex aoristo *ἀγνοήσασκε* contractum esse hodie inter uiros doctos constat cf. G. Curtium „Verbum der Griech. Sprache“ II, p. 383, sed poëtae seriores festinatione quadam a uerbo *ἀγνώσω* (cf. Hesych. et Etym. M. s. u.) deriuandum esse rati, hoc nouum tempus praesens in usum communem receperunt. Primus hoc uocabulo usus esse uidetur Simmias in Steph. Byzant. p. 302 s. u. *Ἡμικίνες* u. 5 et in Tzetz. Histor. VII, 702 (Duentzer. Frag. d. Ep. Poesie d. Gr. II, p. 5), deinde Dionysius Perieg. 173;

¹⁾ Nuper paraphrasis uocabulorum indicem parauit in calce editionis suae A. Scheindler.

saepius Nonnus Dion. I, 425. XVI, 252. XVIII, 22. XXI, 255. XXVI, 347. XXXIV, 59. XL, 34. XLII, 55. 163. XLV, 178. XLVI, 252. XLVII, 142. 355. XLVIII, 211. Par. δ, 79. 122. 128. ζ, 16. η, 182. ι, 68. λ, 42. μ, 144. σ, 138. 160. eiusque imitatores Musae. 249. Colluth. 8. 187. Tryph. 312 et Tzetzes A. 364. Eodem modo a serioribus (Nicand. Th. 522. Dionys. Perieg. 391. Orph. Arg. 855. Lith. 4) ἐνίσπω formatum est a futuro ἐνίψω quod exstat in Hom. II. VII, 447. Od. II, 137. XI, 148 etc. cf. Buttmann. Lexil. I, p. 279. II, p. 275. Lobeck. ad Buttm. gramm. graec. II, p. 167 s. u. Tertium quod moneamus uerbum Alexandrinum ἔσπομαι ab aoristo ἐσπόμην formatum ex Apoll. Rh. IV, 1607. Dionysius uu. 436. 1140. [cf. ἐφέσπεται 996. 1142] sumpsit cum aliis posterioris aetatis poetis, quorum locos Spitznerum in Hom. Exc. XI collegisse uideo, omissa addo: Oppian. Hal. I, 679. 685. III, 141. Cyn. II, 435. Androm. 69. Nonn. Dion. IV, 160. XIX, 28. XX, 221. Orac. Sib. II, 4, ἐφέσπεσθαι in Nonn. Dion. XVI, 401. Par. κ, 98. λ, 194. Paul. Silent. Eph. Eccl. I, 104.⁸⁾ — Praeterea enotauī e periegesi Dionysii haec: ἀγγίγνος, quod est πλησιόχωρος, γέιτων (cf. Schol. ad Apoll. Rhod. I, 1221) non inuenitur ante Apollonium, ex quo Dionysius 215. 957, Nonnus Dion. III, 44 adiectiuum nouerunt. ἀνεάζω ex ἀνά et εὐάζω compositum non nisi in serioribus exstat,⁹⁾ in Arrian. Anab. V, 2. 7. Dionys. Perieg. 579. Nonn. Par. δ, 108. ξ, 89. Claudian. in A. P. IX, 139, 1 et accusatiuo addito apud Lycophron. 207. Nonn. Dion. I, 20. IX, 204: Βάκχον, Dion. V, 109: Κάδμον, Dion. XL, 99: δῆριν, id. XL, 274. 280: κῶμον, II, 635: νίκηην, XLVIII, 200: ὑμέναιον, Par. μ, 79: Χριστόν; rarius est ἐπενάζω Orph. h. LXIX, 6. LXXIX, 9. Item ante Apollonium non exstat aduerbium ἀντιπέρηθεν pro usitato ἀντιπέραν, ἀντιπέρας, ἀντιπέρα, ἀντιπέρην, de quibus cf. Lobeck. Elem. Pathol. gr. serm. I, p. 624. II, p. 206; ex Apollonio, qui sexies hoc aduerbio usus est,

⁸⁾ Unum aliud afferam exemplum ἀποπέω a perfecto δπόπα formatum apud Euphor. fr. XLVIII, 3 (Meinekii Anal. Alex. p. 88), Orph. Arg. 184. 1025; alias formas uide apud A. Rzach. Wien. Sitzb. phil.-hist. Cl. LXXXIX, 2 p. 467 et 598.

⁹⁾ ἀνεύασαι · τὸ εὐοί ἔσαι. ἔστι δὲ τοῦτο ὕμνος εἰς Διόνυσον. Suidas explicat; cf. Hesych.

fluxit in Dionys. Perieg. 571. Maneth. III (II), 244. Quint. Sm. XIII, 482. Nonn. Par. α, 101. Antiphil. in A. P. IX, 551, 5. ἀπλόω uerbum, quod Periegeta u. 235 usurpat, Alexandrinorum et sequentium aetati in deliciis fuisse recte G. Hermannus de Orphei dict. p. 814 adnotat; primum, quantum uidere possumus, occurrit in Anacreonteis 4 (10) 5. 51 (39) 22 ed. Bergk., deinde ut nonnulla quae Hermanni diligentiam fugerunt, accedant in Nonn. Dion. IX, 96. 156. Agath. in A. P. VI, 167, 5. Anon. ib. X, 9, 3. Lucil. ibid. XI, 107, 4. Tatian. 1. — Serioris aetatis porro ἀρειμανής adiectiuum est, quod Dionys. u. 31: ἀρειμανέων Ἀριμασπῶν et u. 285 ἀρειμανέων Γερμανῶν habet cum Panopolitano Dion. XXI, 4. XXIII, 221. XXIV, 178. XXVI, 29. 42. 336. XXXVI, 399. Simyl. 2, 3 Bergk². Adesp. in A. P. IX, 210, 9.¹⁰) — Homerus II. XI, 36 Gorgona βλοσυρῶπιν nominat; masculina autem huius uocabuli forma βλοσυρώπης et βλοσυρωπός recentiorum est, prima Orpianus Cyn. I, 144, altera Dionysius Perieg. u. 123 cum Nonn.

¹⁰) cf. ἀρειμάνιος Plut. de fort. Rom. IX et Amator. XVI, 16, Strabo VII, 314 C. Cyzic. in Diog. Laert. VI, 61. [ἀρειμανιότης Stobae. p. 322.] Hoc loco non ineptum uidebitur adiectiuum in -μανής et substantiuum in -μανία exeuntia, quae apud scriptores et quidem paene omnia apud seriores inueniuntur, colligere: ἀγρομανής Meinekii in Philol. XIX, p. 717 propositam coniecturam O. Schneider in Callim. fr. an. 142 recepit. — αἰνομανής a Nonno Dion. IX, 255. X, 78. XX, 152. XXI, 81. 164. Par. ϑ, 187. ι, 113. κ, 84. τ, 1 in linguam introductum apud alium non occurrit. — ἀνδρομανής Plut. Lyc. et Num. comp. 3. — ἀύλομανής Nonno Dion. VIII, 29 proprium. — γλωσσομανία Tat. L. G. p. 144 A. — γυναικομανής Lucian. Alex. 11. γυναικομανία Chrysipp. apud Athen. XI, p. 464 D. (cf. γυναικομανέω Aristoph. Thesm. 576.) — γυναιμανής, quod explicat Hesychius s. u., inuenitur in Hom. II. III, 39. Quint. Sm. I, 726. Nonn. Dion. VII, 342. VIII, 260. XIII, 345. XV, 287. XVI, 165. 229. 252. XVII, 190. XX, 232. XLII, 314. Tryph. 613. Tzetz. H. 75. Aelian. An. Hist. XV, 14. Charit. V, 2, 5. Epim. Hom. in Cramer. Anecd. Oxon. I, p. 102, 20 (cf. γυναιμανέω Quint. Sm. I, 735. Nonn. Dion. VIII, 68. 280. XIII, 345. XVI, 389. XLII, 117. 169). — δειπνομανής Timoni Phlasiō fr. XXX ed. Wachsmuth proprium. — δοξομανής Chrysipp. apud Athenae. XI, 464 D. δοξομανία Plut. Sull. 7. — δοριμανής Eur. Suppl. 485. — δουρομανής Antip. Thessal. in A. P. IX, 553, 4. — εκμανής Poll. V, 74. Athenae. X, 497 E. — εμμανής tragicis frequentatum Aeschyl. Prom. 675. Eum. 860. Soph. Electr. 294. Eur. Cycl. 3, deinde Tim. Phlias. fr. IX. Maneth. I (V), 91. Poll. IV, 52. Plut. Arat. 17; εμμανῶς aduerbio Dio Cass. LXV, 16 usus est. — ερωμανής Oppian. Hal.

Dion. XLIV, 80 et Agath. in A. P. V, 299, 7. Orac. Sibyll. XIV, 138 usus est. — *εἰσαῖω* pro *εἰσακούω* uerbum antiquis epicis non usurpatum ab omnibus poëtis Alexandrinis frequentatum est cf.

IV, 403. Orph. h. LV, 14. Nonn. Dion. V, 311. VII, 336. X, 352. XV, 79. 162. XVI, 10. 247. Suidas. *ἔρωμανία* Rufin. in A. P. V, 47, 2. Agath. ib. V, 220, 2. Paul. Silent. ib. V, 255, 12 et 293, 2 (cf. *ἔρωμονέων* Oppian. Cyn. III, 368. Nonn. Dion. X, 263. XII, 82. XIII, 343. XVI, 71. 190. 309. Anon. in A. P. X, 120, 2). — *ἔρωτομανής* Athenae. XIII, 599 E. Orac. Sibyll. XII, 218. *ἔρωτομανία* Eustath. ad Dion. Per. p. 284, 27 (cf. *ἔρωτομανέω* Poll. III, 68). — *ἔσθλομανής* Joann. Gaz. I, 83 proprium. — *ζηλομανής* in Dion. I, 325. XXXII, 47. XLI, 211. XLII, 321. Par. η, 26. ι, 126. ο, 89 eiusque imitatore Agathia A. P. V, 218, 7 et *ἡδυμανής* Nonn. Dion. VII, 269. XVI, 13. XVII, 25. XLVI, 117. XLVII, 105 Panopolitanaus ipse formauit. — *ἡλιομανής* Aristoph. Au. 1096. — *θηλυμανής* inuenitur in epigr. A. P. IX, 321, 4 (quod Callimacho tribuerunt Ruhnkentius et Stoll in Antim. Coloph. Reliqq. p. 111, abiudicauerunt A. Meinekius, O. Schneider [ep. inc. IX], Benndorfius p. 19 seq.), Alciph. I, 6. Nonn. Dion. XVII, 184. Rufin. in A. P. V, 19, 2. Meleag. ibid. IX, 16, 2. *θηλυμανία* apud scriptores ecclesiasticos. (cf. *θηλυμανέω* Maneth. IV, 164.) — *θυρσομανής* ex Eurip. Phoen. 792. Nonnus Dion. XLV, 204 et Orph. h. L, 8 sumpserunt. — *ιερομανία* Clem. Alexandr. p. 11. — *ιππομανής* (cf. Etymol. Magn. p. 474, 42 ed. Gaisf.) Soph. Ai. 143 cf. Schol. τὸ *ιππομανής* Theocrit. II, 48. Aristot. hist. anim. VI, 18. 22. VIII, 24. Aelian. hist. an. III, 17. XIV, 18. Theophrast. fr. 15, 1. Paus. V, 27, 3. Tibull. II, 4, 58. Propert. V, 5, 18. Verg. Ge. III, 280. Juuenal. VI, 133. *ιππομανία* Lucian. Nigr. 29. (cf. *ιππομανέω* Aristot. hist. an. VI, 18.) — *καρπομανής* Soph. fragm. 591 Dindorf⁵. — *κεντρομανής* Macedon. in A. P. V, 247, 5 et Parm. ib. XIII, 18, 2 e Jacobsi coniectura. — *κοσμομανής* Orac. Sibyll. V, 361. 461. — *λιθομανής* Isid. Pal. Ep. 1, 152. *λιθομανία* Pallad. V. Chrys. p. 51. — *λυσσομανής* Oppian. Hal. II, 208. Antip. in A. P. VI, 219, 2. *λυσσομανία* Julian. Epist. LII, p. 436, B. (cf. *λυσσομανέω* Maneth. IV, 216; *λύσσομαι* i. e. *μαίνομαι* Hesych. Lobeck. Elem. Path. I, p. 181. G. Curtius Etymol. p. 553⁵.) — *μουσομανής* Sophocl. frag. 747 Dindorf⁵. Theaet. Schol. in A. P. X, 16, 4. *μουσομανία* Plut. Sympos. VII, 5, 15. (cf. *μουσομανέω* Athenae. IV, 183 E. Poll. IV, 52. Lucian. Ner. 6. — *οινομανής* Athenae. XI, 464 E. Eustath. ad Dion. Per. p. 284, 28. — *οιστρομανής* Nonn. Dion. I, 282. X, 36. XIV, 344. XVIII, 59. Orph. h. LI, 14. Orac. Sibyll. I, 114. 363. *οιστρομανία* Hippocr. p. 1284, 20. — *όπλομανής* Eutean. Paraphr. Oppian. p. 8. *όπλομανία* Eustath. Opp. p. 199, 93. (cf. *όπλομανέω* Athen. VI, 234 C. Leonid. Tarent. in A. P. IX, 320, 2. Synes. Epist. 105.) — *όρειμανής* Tryphiod. 370 et *όρειομανής* Orph. h. XXXXI, 5; de forma uideas Lobeck. Paralip. p. 456 not. Pathol. I, p. 473, conferas *όρει-ο-πλανής* et *όρει-πλανός* (Nonn. Dion. XVI, 184), *όρει-ο-χαρής*, *όρει-ο-νόμος*, *όρει-*

quae R. Volkmann in Comment. Epic. p. 63 et accurate Dindorf in Stephani Thesaurο s. u. collegerunt, quibus addo: Apoll. Rh. II, 19. 1085. 1196. III, 330. IV, 584. 1184. 1363. Orph. Arg. 695. Orac. Sibyll. I, 171. Nonn. Par. α, 152. ζ, 182. η, 154. κ, 10. λ, 80. μ, 53. π, 41; Dionysius u. 834¹¹⁾ ex Apollonio hoc uocabulum sumpsit. Aliud Alexandrinis poëtis proprium *ἐπιτροχάω* i. e. *ἐπιτρέχω* ex Arat. 889 uel Apoll. Rh. IV, 1266 in carmen suum transtulit Dionys. uu. 148. 203. 665 cum Antiphil. in A. P. IX, 306, 2.¹²⁾ — *ἐπωμάδιος* quod pro uulgata *κατωμά-*

ό-πλαγκτος, όρει-ο-βάτης al. — *όρνιθομανής* Athen. XI, 464 D. Galen. V, 145. (*όρνιθομανέω* Aristoph. Au. 1284. 1290. 1344.) — *όρτυγομανία* Athen. I. c. — *όψομανής* Athen. XI, 464 E. *όψομανία* Eustath. ad Dion. Per. p. 284, 27. — *παιδομανής* Alexand. Aetol. in Meinekii Anal. Alex. p. 230. u. 5. Rufin. in A. P. V, 19, 1. Agath. ib. V, 302, 8. Meleag. ib. V, 208, 1. Plut. de inim. util. c. 5. *παιδομανία* Plut. Amator. XXIII, 9. — *ύλομανής* Hesychius (cf. *ύλομανέω* Theophr. De caus. Plant. III, 1, 5. Geop. V, 40, 1. IX, 10, 7. Strabo XIV, 684 C. Plut. de aud. poët. I etc.) — *φυλλομανής* Etym. Magn. p. 474 et Schol. ad Sophocl. Aiac. u. 143 (cf. *φυλλομανέω* Theophr. Hist. Plant. VIII, 7, 4). — (*χερσομανέω* et *χορτομανέω* in LXX.) — *χορομανής* Aristoph. Thesm. 961. *χοροϊμανής* Maxim. περι καταρχ. 496. Orph. h. LII, 7. — *χροσομανής* Nonn. Par. ζ, 229. ν, 82. Paul. Silent. in A. P. X, 76, 4. Agath. ib. V, 302, 2.

¹¹⁾ Hic uersus sic traditus est:

*κύκνων εισαίσις λιγυρήν δπα, τοί τε καθ' ύδωρ
ένθα και ένθα νέμονται άεξομένης επί ποιήσ.*

ύδωρ cum codd. melioribus Bernh. et C. Mueller ediderunt; ceteri mss. *ύλην* exhibent, quod Eustath. legit, edidit Matthiae. Fest. Auen. 996 vertit: „arua canoris persultant cygnis“, Priscian. 795: cygnorum pascunt quos herbae flumina circum“; Ursinus maluit *ύλύν*, cuius coniecturam item atque *ύλην* recte refutauit G. Bernhardy. Sed quaeritur quomodo in codicibus uarietas *ύδωρ* et *ύλην* sit orta; *ύλην* non ex coniectura cuiusuis fluxisse, sed prae scriptum esse pro *ύγρήν*, quod explicaturus aliquis supra scripsit *ύδωρ*, unde hoc in mss. nonnullos uenit, persuasum habeo. *ύγρήν* igitur a Dionysio litteris traditum, ut in textum a nouo editore recipiatur, commendo; sic iam Hom. poëtice mare *τήν ύγρήν* nominat (II. X, 27. XIV, 308. XXIV, 341. Od. V, 45. XX, 98), quem imitati sunt Callim. ep. XX, 3. Apoll. Rh. IV, 1320. 1359. Oppian. Cyn. I, 11 alii.

¹²⁾ De *τροχάω* cf. Volkmann. Comm. Epic. p. 65; uide *παραιτροχάω* Gregor. Nazianz. II, p. 34 D. *περιτροχάω* Callim. hym. IV, 28. Arat. 815. Adesp. in A. P. VII, 338, 5. Nonn. Dion. XXXVII, 155. [*περιτροχάω* Quint. VII, 459.]

διος Bernhardyus et C. Mueller in periegesi 946 restituerunt, nisi in Alexandrinis poetis non inuenitur; primus pro usitato et antiquiore *κατωμάδιος* hoc recepisse uidetur Aratus 249 aut Theocr. XIX, 29, quos praeter Dionysium Nonn. Dion. XV, 53. Philipp. in A. P. IX, 11, 3. Julian. in Append. A. Plan. 108, 2 secuti sunt. Aliud adiectiuum rarum et uetustioribus scriptoribus ignotum *ήδυφανής* u. 317 Dionysius exhibet, pro quo in codicibus deterioribus Xi *ήδυφανής* scriptum est male, nam *ήδυφανής* scriptura lectionibus Phan. in A. P. VI, 295, 6 et Ignat. ib. XV, 29, 2 et aliis adiectiuus in *-φανής* exeuntibus¹³⁾ firmatur. *καναχηδόν* u. 145 aduerbium ante Dionysium non inuenitur, habent autem seriores Quint. Sm. II, 217. VI, 326. XIV, 6. Nonn. Dion. XXI, 93. XXX, 302. XXXV, 10. XLIII, 321. XLVIII, 97; antiquior forma *καναχηδά* (Hes. Theog. 367. Pind. Nem. VIII, 15) a Dionysio u. 644 cum Callim. h. IV, 45. Apoll. Rh. III, 71. Nonn. Dion. II, 486. usurpata est. Item infrequens aduerbium *κατεναντία* Dionys. 114. 313. 957 admisit Apollonium H, 1116 imitatus (cf. Maneth. VI (III), 71. 157. Musae. 254).¹⁴⁾ *κvanέω* quo uerbo Dionys. u. 111 usus est uno alio loco Phrynichi in Bekk. Anecd. p. 46, 27 exstat, *λαχαίνω* uerbum simplex ante Callim. fr. 305 non inuenitur, Homerus enim compositum *ἀμφιλαχαίνω* Od. XXIV, 242 usurpauit, post Callimachum autem saepius in usum uenit: Apoll. Rh. III, 222. Lycophr. 624. Mosch. IV, 96. Oppian. Hal. III, 121. V, 597. Nonn. Dion. XII, 331. Paul. Silent. Ecphr. Ambo. 86. — *ἐς λίβα* „in uesperum“ nemo nisi Dionys. 231. 634 et Maneth. III (II), 18. VI (III), 381. 642, *λινόχλαινος* Dionysius 1096 et Nonn. Dion. XXVI, 58 habere uidentur. Rarissimum etiam *μελισσόβοτος* adiectiuum est, quod Dionys. u. 327 cum poeta in A. P. IX, 523, 1 et Nonn. Par. α, 13 recepit; *μετεκδέχομαι* Dionysio 74 et Paulo Silent. Ecphr. Eccl. I, 236 proprium est, *νήχυντος* uocabulum Alexandrinae aetati frequentatum e Callim. fr. 313

¹³⁾ ut *ἀρτιφαής* Nonn. Par. ε, 88. *δξυφαής* Nonn. Dion. VII, 214. Paraphr. ε, 180. *χρυσοφαής* Eur. Hecub. 636. Maxim. *περὶ καταρχ.* 441. Maneth. II (I), 191. Nonn. Dion. II, 598. XXII, 147 aliis cf. A. Ludwich. „Beiträge“ p. 104.

¹⁴⁾ Frequentiora erant *κατεναντίον* et *κατέναντα*, de quo cf. Koehly. ad Quint. Sm. II, 400 et L. Schwabe: De Musaeo Nonni imitatore p. 64.

Periegeta 126 sibi uindicauit¹⁵⁾, e Nicandri Th. 223. 397 *δξυκάρηνος* u. 642, quo adiectiuo praeter eos Paul. Silent. Ecphr. Eccles. II, 79. 460 usus est.¹⁶⁾ *δρρογκοι* (Phot. et Hesych.) nisi apud Nicandr. Al. 42 et Dionys. 286 non exstat; *οὐδαίος* u. 789 Periegeta exhibet cum Lycophr. 49. 698. Nonn. Dion. IV, 256. V, 567. Par. δ, 72. λ, 141. υ, 5. Metrod. in A. P. XIV, 123, 14. Orph. Arg. 396. *περαιόθεν* ab Arato (443. 606. 645. 720) aut ab Apollonio Rh. (IV, 71) pro *πέρηθεν* in usum uocatum Dionys. u. 493 recepit. *περιηγής* u. 157 Dionysius dicit pro *περιγερής*, cuius docti uocabuli nonnulla exempla collegisse uideo Naekium in Opusc. I, p. 226. Volkmannum in Comm. Epic. p. 65, quibus haec addo: Arat. 401. Nicand. Ther. 106. Empedocl. de nat. I, 138 ed. Stein. Callim. h. II, 59. fr. 66^b. Oppian. Hal. I, 216. II, 375. III, 81. IV, 251. Androm. 105. Quint. Sm. II, 105. Apolloninar. 117, 21. Satyr. in A. P. append. Plan. 195, 3. Tzetz. P. 376 et

¹⁵⁾ Exemphis quae Naekius de Callimachi Hecal. p. 87, Volkmannus Comment. Epic. p. 64. O. Schneider in Callim. II, p. 583 collegerunt praeter Dionysii illud addendum est Quint. Sm. I, 417. Claudian. Gigant. u. 25.

¹⁶⁾ Quod supra uidimus posteriores epicos ualde in deliciis habuisse noua cum *-μανης* composita idem obseruare licet de adiectiuis in *-καρηνος* exeuntibus: cf. *ἀερσικάρηνος* Paul. Silent. Ecphr. Eccl. II, 398. — *ἀκάρηνος* C. I. Gr. n. 4746. Nonn. Dion. XIV, 374. XXVIII, 54. XLIV, 274. Euod. in Anth. Append. Planud. 116, 1. — *ἀμφικάρηνος* Nicandri proprium Th. 373; idem uocabulum quod olim in Nicand. Al. 417 legebatur, recte in *ἀμφίκερνα* cfr. Philipp. in A. P. VI, 90, 6 O. Schneider correxit. — *ἀνθοκάρηνος* Oppian. Cyn. IV, 235. — *ἀντικάρηνος* Joann. Gaz. Ecphr. II, 85. — *δικάρηνος* e Batrachomyom. 300. Nonnus Dion. V, 154. XIII, 131. Ariston. in A. P. VI, 306, 7 sumpserunt. — *ἐκατοκάρηνος* C. I. Gr. n. 5984. — *ἐν(ην)κάρηνος* Marcell. Sidet. 24. — *εὐρυνκάρηνος* Oppian. Cyn. I, 152. — *καπροκάρηνος* ante Koechlyi emendationem „*ταυροκάρηνος*“ in Nonni Dion. XXVI, 317 legebatur. — *ξανθοκάρηνος* Hym. in A. P. IX, 524, 15. — *ορθοκάρηνος* Joann. Gaz. I, 185. — *οὐλοκάρηνος* Od. XIX, 246. Hom. h. III, 137. Nonn. Dion. XVII, 385. XXV, 328. Tzetz. P. 493. 528. 661. — *πουλυκάρηνος* Nonn. Dion. XL, 233. Anon. in Anth. append. Planud. 91, 4. — *προκάρηνος* Nonn. Dion. V, 47. 493. XI, 145. 217. 459. XVI, 368. XXI, 110. XXII, 316. XXV, 71. 438. XXVIII, 218. XXXVII, 411. XL, 94. XLVIII, 922. 933. Musae. 339. — *τρικάρηνος* iam apud antiquiores inuenitur: Hes. Theog. 287. Pindar fr. 68. 69, 4 Orac. in Schol. Sophocl. O. C. 57. Eurip. Herc. fur. 611, deinde Nonn. Dion. II, 623. Colluth. u. 16 ed. Abel. — *ὕψικάρηνος* ex Hom. h. IV, 264. spoliauerunt Quint. Sm. I, 518. Orph. h. XXXVIII, 18. Nonn. Dion. XLIV, 96. XLVIII, 39. Par. ζ, 7. Orac. Sibyll. IV, 78. Tzetz. P. 323. — *ψεδνοκάρηνος* Orph. Lith. 250. Tzetz. H. 147.

